Bibl. ans. Nr 434

MARIÆ CUNITIÆ.

URANIA PROPITIA.

Fol 33

Muzeum w Brzegu
Sr 1241 540/491.

URANIA PROPITIA

SIVE

Tabulæ Astronomicæ mirè faciles, vim hypothesium physicarum à Kepplero proditarum complexæ; facillimo calculandi compendio, sine ullâ Logarithmorum mentione, phænomenis satisfacientes.

Quarum usum pro tempore præsente, exacto, & futuro, (accedente insuper facillimâ Superiorum SATURNI & JOVIS ad exactiorem, & cœlo satis consonam rationem, reductione) duplici idiomate, Latino & vernaculo succinctè præscriptum cum Artis Cultoribus communicat

MARIA CUNITIA.

Das ist:

Newe und Langgewünschete/leichte

Astronomische Tabellen/

durch derer vermittelung auff eine sonders behende Arth/ aller Planeten Bewegung/nach der länge/ breite/ und andern Zufällen/ auff alle vergangene/gegenwertige/ und künfftige Zeit-Puncten fürgestellet wird. Den Kunstliebenden Deutscher Nation zu gutt/ herfürgegeben.

Sub singularibus Privilegiis perpetuis,
sumptibus Autoris, Silesiorum.

Excudebat Typographus Olsnensis JOHANN. SEYFFERTUS,
ANNO M. DC L.

BIBL. NPSL.
NR INW. S/322
SYGN. 3724

DIVO FERDINANDO III. ROM. IMP. SEMP. AUG. GERM. HUNG. BOHEM. &c. REGI, ARCHIDUCI AUSTRIÆ Summo in Europa Principi OPTIMO MAXIMO.

Patri, & Servatori Patriæ

Tabulas haſce manuarias, & facilioris praxis Aſtronomicæ ſubſidiarias.

PRO COMPLEMENTO HUMILLIMARUM GRATIARUM ACTIONIS, ET VOTIVÆ ACCLAMATIONIS

conſecrant, offerunt
D. D. DD.

Humillimi & devotiſſimi clientes,

MARIA CUNITIA una cum marito ELIA à LEONIUM.

Rectè & religioſè, CAESAR SACRATISSIME, olim fecille videntur Senatus Populusq; Romanus, qvi ſuos Imperatores, ob Patriam ſervatam motus Imperii compoſitos, & cives, ob nonnulla deliqvia extorres, denuò reſtitutos, non ſolum AUGUSTOS, Principes OPTIMOS MAXIMOS, DELICIAS HUMANI GENERIS, PATRES PATRIÆ, PATRES SENATUS; ſed etiam DIVOS, & NUMINA appellare ſunt ſoliti; qvod eos, qvi in terris, clementer & benignè ignoſcendo lapſis, obliviſcendo injuriarum, conſolando afflictos, deniq; ſalutem impertiendo qvàm plurimis, & ſervando etiàm ſervari nolentes, erga genus humanum divinâ qvodammodo vice funguntur; divinâ qvoq; reverentiâ, & honore communicaverint. Si qvis unqvam inde ab ultima vetuſtate dignus exiſtit omni cultu, tantisq; elogiis, ac veneratione; S^a. C^a. M^tas. V^ra. conſentiente gentium famâ, in hoc ordine principem locum jure ſibi vendicat: Cujus cùm reliqvæ heroicæ virtutes, ipſis invidiæ telis majores, ipſis regnis auguſtiores, humanum faſtigium ſupergreſsæ ſunt; tùm in primis ſingularis illa, & in tanto tamq; ſublimi honorum ſolſtitio, alioqvin rara & admiranda animi moderatio, lenitas, & CLEMENTIA; qvâ, Rege Regum illo ſupremo, in cujus manu ſunt corda omnium Regum, divinitus; S^æ. M^ti. V^æ, hanc mentem inſpirante, nativam illam bonitatem, præcipuam heroicarum, & illuſtrium animarum virtutem; parſimoniam humani ſangvinis, miſericordiam pereuntium populorum, ſalutem civium, ut ſupremam legem, omnibus lauris, trophæis, & triumphis S^a. M^tas. V^ra. ſuperiores habuit; ut ſubjectos ſibi populos, dirâ animorum contentione, & civilium armorum colliſione funeſtiſsimâ non tàm feſſos, qvàm attritos, ad beatum PACIS & tranqvillitatis portum proveheret: & ſic PATRIAM fatalibus, tamq; diuturnis, continuis, in propria viſcera & perniciem validiſsimè vibratis & reciprocatis ictibus conqvaſſatam, confectam, proſtratam, & jamjam agonizantem ſaluberrimo hoc, & verè UNICO remedio reficeret, confortaret, ejusq; ſalutem in ſolido locaret. Hinc adeo non modo S^æ. M^tis. V^ræ. imperio ſubditi populi; verum etiam exteræ Nationes non aliter S^am. M^tem. V^ram. obſervant, admirantur, atq; ſuſpiciunt, qvam benefícum & ſalutare qvoddam ſidus, è cœlo in terras demiſſum, ut ſeculo everſo ſuccurreret, & rebus afflictis mederi poſſet. Quo qvidem ingenti, & à ſupremo Numine delegato munere S^a. M^tas. V^ra. ſummâ prudentiâ, dexteritate, ſapientia, & æqvâbili juſtitiâ, in extingvendo hoc fatali incendio, & compescendis atrociſſimis, ac qvibus majores, aut perniciosiores nullum unqvam novit ævum, nulla ſenſit anteacta ætas, Imperii motibus, æterna nominis ſui adoreâ defuncta eſt. Atq; hoc ſummo, & inexpectato beneficio S^a. M^tas. V^ra. Patriam, in eâq; , omnes & ſingulos, qvos adhuc pietatis, & memoris benefactorum gratitudinis ſenſus tangit, debendi

bendi ream, æterno ſibi nexu effecit; adeo ut omnes ejus cives non fictis, aut à conſvetudine mutuatis, aut ad ſcenàm & populum compoſitis; ſed qvas ipſa invicta veritatis vis exprimit, vocibus, præ gaudio & tripudio S^æ M^ti V^ræ, ut Servatori ſuo, ità merito acclament: Vivat diu, feliciterq; imperet Imperator noſter AUGUSTISSIMUS! Vivat Supremus in Europa Princeps OPTIMUS MAXIMUS! Vivant DELICIÆ HUMANI GENERIS! Vivat PATER & Servator PATRIÆ! Vivat DIVUS Ferdinandus III. reducto nobis & redonato NUMINE Pacis, ipſemet nobis factus NUMEN venerandum! Nec dubium eſt, qvin undiq; adſint Legati, votivis congratulationibus, & oblatis, pro more, muneribus, publicam lætitiam conteſtantes. Inter reliqvos S^æ C^æ M^tis V^ræ cultores ego, maritusq; meus cenſu, & gradu plurimis impares; affectu, & animo devotiſsimo vix cuiqvam ſecundi, nullum aliud donarium, gratitudinis debitæ Symbolum pulvinari S^æ M^tis V^ræ inferre poſſumus, qvam chartaceum hoc munuſculum; primitias nempe eorum fructuum, qvos publica tranqvillitas ferre ſolet; addito ſimplici voto, qvo tamen uno univerſa omnium bonorum vota, ſalus & ſecuritas Imperii, ſpes & opes ſubditorum cumulatè continentur: Igitur DEUM immortalem Regum ac Regnorum præſidem & cuſtodem ex intimis ſenſibus veneramur, & obteſtamur ut S^am M^tem V^ram qvàm diutiſsime ſeculo reſervet; rebusq; humanis & intereſſe, & præeſſe patiatur. Faveant propitia fata tanto dono, qvod terris contulerunt; addantq; beneficio diuturnam ejus poſſeſsionem; adeo ut ſera ſit, & nepotibus noſtris demùm nota illa dies, qvæ tàm illuſtre depoſitum cœleſti patriæ, & natali domicilio reſtituet! Quo pio voto, & omine fauſto humillimè deſinimus.

Ad ævi noſtri eruditam Palladem,

MARIAM KUNITIAM SILESIAM.

RUmpe moras igitur, PALLAS SILESIA, rumpe;
URANIENQVE typis offer, & ede foràs!
Hanc cum Teutonibus ſcis exambire Polonos:
Nunc habet & Boreos, me monitore, procos,
Sint aliis latebræ, qvi tractant frivola, libris:
In lucem ſiſti ſed tuus ille meret.
Non opus eſt, hederas huic appendiſſe Lyæo,
Ede, ratus cunctis gratus eritq; liber.
Ille tuum nomen fulgentibus inſeret aſtris;
Qvà micat illuſtri Caſſiopea throno.
Ille tuum ſexum reddet patriamqvé celebrem:
Ingenii vobis nilqvé déeſſe feret.
Rumpe moras igitur, PALLAS SILESIA, rumpe!
URANIEN qve typis offer, & ede foras!

In itinere meo Boreo Holmiæ deproperabam,
3/13. Octobr. 1646.

CYPR: KINNERUS Sil. D.
Conſiliarius Ducalis.

Ad nobilem & præſtantiſſimam FOEMINAM
MARIAM CUNITIAM
MEDICÆ ASTROLOGIÆ aliarumq; artium & lingvarum
ſcientiâ ornatiſſimam:
Nobil. & Excellentiſſimi Viri,
ELIÆ à LEONIBUS
conjugem amantiſſimam.
ALCAICON.

Sic ergò tandem, MAXIMO & OPTIMO
DEO adjuvante, adducitur ultimos
Ad umbilicos, computata
URANIE, in dociles tabellas:
Præfractum opus! revera opus obſtinax
Laboris ac incredibilis! lapis
Offenſionum, publicumq;
Scandalon Aſtronomis vel ipſis!
Qvid qvisq; poſſit, nunqvam homini fatis
(Ni dona divini exſerat ingeni)
Notum eſt ad horas: *néve ut eſſet,*
Hactenus ingeniis acutis
Hei! longa Mavors enſiferotia
Induxit! & dum ſæviit improbus,
Artesq; & excultæ Camœnæ,
Cymmeriis jacuere in umbris:
Damnoſa qvid non gentibus intulit
Bellona? qvæ non ſurripuit bona?
Pulchrosq; doctorum labores
Perdidit egregiosq; libros?

Bellum

Bellum relègent dii procul ad Getas
Inhoſpitales, vel Garamanthas aut
Indos, reſurgant ſeu Camœnæ
Seu veteres revocentur artes:
Sat campi & urbes, oppidaq; & loca,
Ceſsère avaris in ſpolia Harpyis,
Et decoravère noſtram
Heu! patriam ſatis usq; cædes!
Aurata nunc PAX, advolitet ſuis
Fulgens qvadrigis, nunc animum novum
Musæ reſumant; qvisnam erit, qvi
Primus ad æthereos Olympi
Aſſurgat axes? incluta FOEMINA,
Præſtans ſtolatis undiq; dotibus,
Et qvam venuſta linguarum
Eximiè decorat ſupellex:
Namq; hanc Latino doctam idiomate,
GALLI & ſevero perſpicuam ſtylo,
Miramur omnes, qvamq; nuper,
Sarmaticis latitans in oris,
Qvum Chriſtiano ſanguine SLESICI
Campi calerent, & ſteriles agri
Cruore noſtro impinguefacti,
Ingemerent; didicit POLONAM.
Præclara PALLAS, vix datur artibus
Pollens tibi par FOEMINA, ſcilicet
Per ora doctorum virorum
Et ſuper alta ferèris aſtra.

ALIUD.

ad odam Horatii 3. libr. 1. Carm.

*Sic vos*arctophylax poli,*
Sic vos ſtellæ Helices, lucida ſydera,*
Aſtrorumq; vehat pater,
Ventis compoſitis, præter amabilem,
ARGUTÆ TABULÆ, diu
Debentes jubari prodere publico,
Salvam ac incolumem, novis
Divinam URANIEN, diſpoſitam locis.
Illi robur & enthea
Circa tempora erat vis ſapientiæ,
Mundo à dexide, qvi ſuos
Deflectens oculos ſydeream in domum,
Stellas nominibus ſuis
Primus diſtribuit; nec patulos polos
Aſtris cum rutilantibus,
Arcano timuit ſubdere calculo!

* aliàs Boötes vel arcturus.
* Helice major urſa, qvod ſydo navigando ſeqvuntur & obſervant nautæ.

Qvo

Qvo fulsit sophiæ gradu?
Qvi doctis oculis astra micantia,
Planetas regere impigros,
Vidit fata hominum subvenientia!
Motumq; addidicit sagax,
Qvò se vertere seu tollere vult polus:
Axem nec malè sphæricum
Emensus, didicit qvid valeat Venus
Blando juncta Jovi, levis
Qvid Mars aspiciens præcipiti in domo
Saturni caput horridi:
Qvid portent hyadæ, atq; imbrifer Orion;
Seu qvid, gaudia, Plejades, vide Hiobum c. 9. v. 9. & c. 38. v. 31 in explicat. Junianæ.
Sive Austri valeant qvid penetralia?
Neqvicqvam DEUS abscidit
Prudens, nobili Olympo bene disitas
Terras, si tamen improbum
Naturæ ingenium transiliat polos!
Audax omnia persequi
Gens humana, ruit sæpe & abdita:
Audax Astronomûm genus,
Tellurem arte nova è sydere computat:
Eq; aspectibus intimis
Novit qvæ macies, qvæ nova febrium
Terris immineat cohors:
Ignotiq; priùs certa necessitas
Lethi, proruit in diem:
Eclipsesq; notat Cynthiæ amabilis,
Vestigans Phaëtontios
Cursus Zodiaci per vaga sydera:
Ad blandam Uranien modò,
Alis ingenii non mulierculis
Natis, per numeros novum
Perrupit aditum, fæmineus labor.
Nil mortalibus arduum est,
Cœlum ipsum petimus salvificâ fide,
Nec nostrum patimur DEUM,
Solum æterna sibi vivere secula.

ELEGEIDION.

Qværeris, AUGUSTINE pater, qvid fecerit antè
Principium, qvo sunt cuncta creata, DEUS?
Infernum fabricasse, refers, qværentibus ista,
Qvo meritò pœnas qvas meruere, luant.
Sic qvoq; adhuc hodie insipiens sapientia sapè
Qværit, & ista avido pectore scire cupit:

Qvidnam rerum opifex egit? vel mente repostum
Qvidnam habuit? qvòd non seriùs aut citiùs
Condiderit mundum? annorum sex millia profer,
Et nondum cepit, qvod fuit antè NIHIL;
Ipse etiam ÆTERNUS vivens sine compare, & absq;
Impare, cur solus maluit esse SIBI?
Sic, inqvam, qværit sapientia cæca, nec horret
Subsannare DEUM, bulla, superbus homo!
At mens ô perversa! require, require, qvod ultra Concessio Rhet. vide Ecclesiast. 12. 1. Periphrasis Diaboli:
Posse tuum est, & qvæ sunt patefacta tibi
Neglige! num sic curris iter? nè, curris ubi atrox
Cornua fert latè, BESTIA CURVA Vià:
En solem! en lunam! en rutilantia sydera Cœli!
Dædalum opus terræ en! Oceanumq; vagum:
Heic insiste: DEI sapientia cernitur heic heic;
Et bonitas; illeic sunt tibi 1000 ✠ ✠.
Sint licet atq; tibi linguæ centum oraq; centum,
Ferrea vox, cerebrum Seraphicumq; caput;
Non enodabis lunæ solisq; labores,
Nec Planetarum vim satis expedies:
Sume globum Lunæ maculosum, terge, vel unam
Absterges maculam, qvam nova Luna parit?
Aut libet exserere ingenium, aspice! dædala tellus,
Magnificum DEI opus, nostra benigna parens:
An non gemmarum, herbarum, fructuum speciebus,
Omnimodis radians, ebria, plena bonis?
Virtutes scrutare ejus, sudabis & aqva
Auctori dabitur, gloria, laus & honor.
Oceani tandem seu fluxus sive refluxus
Perpendas, salsi aut vasta creata maris;
Dispeream, nisi se divina potentia prodat,
Deplacanda prece, haud discutienda strophis;
Aut nisi sufficiat liber hic amplissimus almæ
Naturæ, en, monstrat pagina sacra, alium:
Mordicùs hunc relegas, mysteria magna docebit,
Et vera instituet te agnitione DEI:
At penetrare, cave, stolido vel acumine mentis
Indagare ea, qvæ nox tenebræq; premunt.
Hinc meritò laudanda mihi CUNITIA, præstans
Fœmina, qvæ multâ sedulitate, librum
Naturæ evolvit, venerans sanctoq; JEHOVÆ
Oscula dans, propter sydera clara poli;
Qvæ tam disposuit miro, ARBITER, ordine, summa
Hinc ut majestas emicet atq; decus;
Hæc nos scire juvat, sapientia summa putatur,
Scire haud velle aliqva, & qvæ DEUS ipse vetat.
Macte labore tuo vira præstantissima, Numen
Qvi tecum tali religione colunt:
Hos thronus excipiet cœlesti in regia Olympi,
Ast illos satanæ tartara sæva manent.

Singularis amicitiæ & observantiæ ergò scr.

CONSTANTINUS RINGIUS
Verbi Div. præco, & pastor Bicinens.

Ana-

Anagrammata
qvædam
ex
Nomine & cognomine cum Acrosticho, Fœminæ præstantissimæ & doctissimæ

MARIAE CUNITIAE

eruta, & in Sacello HONORIS perpetui Sacrata & oblata,

I.

MARIA CUNITIA
per anagr.
INI MIRA; VACAT.
ad Authorem.

Abstrusas rimaris opes dum faustiter intus
Uraniæ; intra & INI MIRA Minerva; VACAT.
Adversas qvamvis mundi experiare procellas:
propositi abjicias non tamen orsa tui.
Omnia sunt ingrata solo, polo at omnia grata:
illic mercedis copia larga datur.
Ergo age rumpe moras, toties optata per orbem
scripta tua in lucem profer, ut astra notes.

II.

MARIA CUNITIA,
per Anagr.
I URANIA; MICAT!
ad Authorem.

I pede felici, vultum nec subtrahe nobis
URANIA; ex alto nam Deus ecce MICAT!
Si Deus es tecum: totus fremat orbis & orcus;
non opus hostiles ut vereare minas.

III.

MARIA CUNITIA
per Anagr.
A MIRA VI CANIT
ad Lectorem

VI CANIT À MIRÂ cœli mera mira, nec unqvam
audita in nostro, talia, tanta, Solo!
URANIA id monstrat multo vigilata labore
PROPITIA; à docto non reprobata choro
Qvisqvis es Uranicis cupiens certare palæstris;
dic: vivat Pylios URANIA ista dies!

IV.

MARIA CUNITIA SVIDNICIO SILESIA:
per anagr.
SI MICAS COELI VIS: INII: DAT URANIA
ad eundem.

SI rutili MICAS COELI VIS: volve diurnâ,
nocturnâ pariter, cœlica scripta, manu
Pone metus; INII felix: exempla seqventi
nostra: DAT è cœlo Propitia URANIA.

V.

MARIA CUNITIA.
per anagr:
URANICA A MITI
ad eundem.

URANICA A MITI, Lector, producta Minervâ
esse scias, Libri qvæ tibi pandit opus.

VI.

MARIA CUNITIA.
per anagr.
RAMI VIA CANIT.
ad eundem.

Petrus erat RAMUS doctrinâ qvalis & arte:
qvi sua legerunt scripta diserta, probant.
Perspicuè & breviter tractat tractanda, remotâ
verborum nebulâ, non sine melle rei.
Hac RAMI CANIT ipsa VIA Silesia Pallas
CUNITIA; hâc methodo tutius ire placet.
Si te perspicuum, si te brevitatis & ordo
delectat, nec non utile, Lector habes.

VII

MARIA CUNITIA.
per anagr.
I, VINCIT AMARA.
ad librum

I Liber, & varios hominum perferre susurros
disce: Author, sortis VINCIT AMARA, tuus.
Invenies eqvidem Scyllæ ac rabidæ ora Charybdis:
urge iter: audentes adjuvat ipse DEUS!

ACROSTICHON,

M - irantur patuli septem miracula mundi
CU - ncti homines miris ceu fabricata modis.
A - dsis huc meliore luto præcordia gestans;
NI - teris astrorum cernere qviq; situs:
R - e tibi miraclum majus datur orbis, in isto
T - ractatu Slesiæ Palladis, ipse vides.
I - te procul mundi miracla vetusta prioris;
I - te: astris vehitur Fœmina cincta, polos.
A - scræus licet heic Vates, Maro, Flaccus, Homerus
A - dstent: miraclo hoc vix metra digna, canent.

à
SAMUELE POLLUCIO, Bicinensium
Ecclesiaste, Silesio.

Ejusdem Chronodistichon, annum, mensem, diemq excusi Operis, continens.

SepteMbrIs ter nona DIes Vt reXerat ortVs;
eXCVsæ VranIæ en sat benè fInIt opVs;

):():(

In

IN
URANIAM PROPITIAM.

NOBILIS, CLARISSIMÆ, DOCTISSIMÆ, OMNIUMQ; VIRTUTUM ornamentis conspicuæ Fœminæ MARIÆ CUNITIÆ;

VIRI

NOBILIS, EXCELLENTISSIMI, CLARISSIMI, DOCTISSIMIQ; DN. ELIÆ DE LEONIBUS, Conjugis dilectissimæ, propitiis astris in publicum editam.

Sic est: Humani generis Natura qvibusdam,
Dicitur immeritò, dura noverca Sophis.
Præbuerit sese brutis qvod fortè benignam
Matrem, dans sævis arma timenda feris.
Fortia nam validum defendunt cornua taurum;
Ast aper obstantes dente furente ferit.
Hystrix armatur spinis, qvas vibrat in hostes,
Terga sagittantis cum fugitiva premunt.
Dentibus Hyrcanæ tigres, Libycique leones
Pollent, robustis ungvibus ursa valet.
Cornea pennigeras tutantur rostra volucres,
Multipedes cancros aspera crusta tegit.
Vestivit qvædam villis animalia, qvædam
Setis, nonnullis vellera ferre dedit.
Solum hominem nudum superas in luminis auras
Protulerit, variis subdideritq; malis.
At malesanorum de matre piente Sophorum
Naturâ, nimium desine turba qveri.
Talibus indiguit mortalis homuncio telis
Neqvaqvam, ratio cui data sola fuit.
Exerti os dentes fœdassent, cornua frontem
Turpassent, harpax ungvis utramq; manum.
Dedecori horrentes villi setæq; fuissent;
Vestiat infirmum succida lana pecus.
Non dedit hæc homini, fateor, Natura, sed altæ
Mentis & ingenii dona beata dedit.
His longè superat ratione carentia bruta,
Nobilior cunctis estq; manetq; feris.
Artifices rerum jam non memorabo peritos,
Qvêis facilem victum dædala dextra parat.
Ingenii miror dotes, & mentis acumen;
His nam præ reliqvis jure superbit homo.
Docta tot EUROPÆ Clarorum scripta Virorum,
Totq; bonos libros qvis numerare qveat?
Authorum verò tantorum magna silent!
In præsens tempus nomina nube premam,

Fœmi-

Fœminei qvædam sexûs exempla referre
Mens est, qvæ terris dicta fama vehit.
Hausisset Pharium cum fluctibus unda tyrannum,
Composuit carmen dulce MARIA DEO.
Austrinis oris Regina Sabæa profecta,
Accesit Solymni jugera culta soli.
Multaq; secretis penitusq; latentibus ausa est,
De rerum causis cum Salomone loqvi.
Unde sit herbarum tàm mira potentia, puris
Qvæ vires gemmis, arboribusq; datæ?
Qvæ natura avium, montanarumq; ferarum,
Herbosos pecoris qvodq; pererrat agros?
Qvid mare compescat, qvid concitet æqvoris undas?
Oceano qvænam monstra marina natent?
Docta fuit Vates venturi præscia MANTO,
Unde suum celebris MANTUA nomen habet.
Nec te CARMENTIS genitrix Evandria, Grajas
Ac Latias artes docta tacere volo.
A Te carminibus sunt indita nomina; primam
Litterulas qvasdam Te reperisse ferunt.
ASPASIAM genuit Miletus, acuta Sophorum
Dogmata callentem Rhetoricosq; libros.
Hæc primum Argolici facunda Magistra Periclis,
Fœdere cui thalami postea juncta fuit.
Eximias ARETÆ dotes stupère vetusta
Secula, qvæ claros vicit in arte Sophos.
Patris Aristippi post mortem hæc ausa docere,
Sceptra diu patriæ gessit amica Scholæ.
Pythagoræ obscuras gnomas sensusq; retrusi,
Cum laude explicuit filia DAMA patris.
SOSIPATRAM Græco natam genitore, Caystri
In campis, genios erudiisse ferunt,
Qvæ licet hic nullis aliis fuit usa Magistris,
Nunqvam Pierias incoluitq; domos.
Scripta tamen Vatum veterumq; reperta Sophorum;
Clamoso causas qvas agit atq; foro,
Argutus cultor Peithûs, callebat ad unguem,
Qvæstio nec, qvam non solveret, ulla fuit.
Sic MOERO, SAPPHO, PRAXILLA, CORINNA, THEANO,
Sic NOSSIS, MYRTIS, sic TELESILLA, MYRO,
Artibus excultæ Musisq; fuêre dicatæ,
Sublimis qvarum fama perire neqvit.
Et Latium doctas matronas protulit olim,
Doctrinis clari qvas coluêre viri

Gracchо-

Gracchorum eloqvio mater CORNELIA *miro*
Claruit, atq; chelyn tangere docta fuit.
Hæc loca non visæ dimensa est dissita terræ.
Qvæq; aliqvis docto pulvere digna putat.
Lucani Conjux gravis, ARGENTARIA POLLA,
Pharsalici belli qvando maritus opus,
Carmine jucundo descripsit, dicitur illud,
Post obitum, calamo perpoliisse, viri.
SULPITIÆ *laudat castissima carmina vates*
Bilbilicus, multum liber, & ore dicax.
De CHRISTI *vitâ scitum* FALCONIA *fecit*
Centonem ex libris grandis Homere tuis.
Andini ê vatis scriptis collegit eundem,
Qvi canit Heroâ maxima bella tubâ.
Egit & in Patrum consessu HORTENSIA *causam,*
Pro sexu, insigni non sine laude, suo.
Thebaidos pugnæ scriptoris nobilis uxor,
Perbellè Aonias CLAUDIA *nôrat aqvas*
MARCELLAM *eximiis Bethlei nominis hospes,*
Ob sacrum studium laudibus usq; vehit.
EUSTOCHIUM *Paulæ Romanæ filia qvondam,*
Orbis prodigium nominitata fuit.
Præter enim sacras qvas pulchrè noverat artes,
Lingvarum valuit cognitione trium.
Seu Latiam velles, seu lingvam audire Pelasgam,
Tincta vel Hebræo verba diserta sono,
Tam promtè poterat voces expromere, eodem ut
Pænè putaretur nata fuisse solo.
Pro lanâ libros volvit CASSANDRA FIDELIS
Cui Venetùm cunas urbs opulenta dedit.
Musica nota fuit bellè huic, versusq; canebat;
Tractaret Latiæ cum pia plectra lyræ.
Antea qvos mirâ dulcedine fecerat ipsa,
In laudes summi cuncta tuentis HERI.
Hæc cum Philosophis antiqvâ Antenoris urbe
Disseruit, palmam semper & inde tulit.
Artibus exculta & lingvis matertera Juli
ANGELA *Scaligeri sic* NOGAROLA *fuit,*
Præsul ut Ausonius qvi tunc regnabat in urbe,
Tam doctum fermè ferret ad astra caput.
Evehit ad cœlum ROSVIDAM *Teutonis ora:*
Evehit ad cœlum ROSVIDAM *Teutonis ora:*
Grande Caledoniis est decus HYLDA *viris.*
Anglia doctiloqvæ dotes miratur ELISÆ,
Qvæ sceptra à multis tradita gessit avis.

Sed cur antiqvis exemplis immoror? istheec
Omnia non meus est enumerare labor.
Talia suppeditat nostrum qvoq; plurima seclum,
Qvæ nullo priscis cedere jure qveunt.
Cui non nota piæ doctissima scripta MORATÆ,
Francidos augustum qvæ fuit orbe jubar.
Ticinum decorat docta ANDREÏNA *vetustum,*
Nam de Castalio largiter amne bibit.
Belgarum illustrat fortem SCHURMANNIA *gentem,*
Ob cupidè potas Bellerophontis aqvas.
Elysio decus est CUNITIA *nobilis orbi,*
Ingenii propter dona stupenda sui.
Splendida ceu Phœbe stellas supereminet omnes,
Cum fulget medio lumine plena polo:
Sic reliqvas post se CUNITIA *nostra relinqvens,*
Arte Mathematicâ scit superare nurus.
Corporis egregium jam non memorabo decorem,
Deciduum namq; est lubrica forma bonum.
Nec fusè referam phaleratis, dextera, verbis,
Qvam sit Apelleâ pingere gnara manu.
Non dicam svavi qvam mulceat æthera cantu,
Qvando cavæ chelyos fila canora ferit.
Musica vel celeri qvando instrumenta pererrat
Pollice, multiplices edere promta sonos.
Non dilaudabo, nec carmine prosequar ullo,
Excellens Phrygiâ pingere qvam sit acu.
Nec qvas exactè didicit studiosa qvaternas
Lingvas, prolixus commemorare volo.
Non itidem exponam, qvam polleat arte medendi,
Pœoniam qvoties æger anhelat opem.
Hac vice PROPITIAM *est animus producere tantum,*
URANIEN, *mirum candide Lector opus.*
Qvale nec Hypparchus forsan nec doctus Aratus
Edidit, Astronomûm lumina magna virûm.
Orbe nec illustris Basilei montis alumnus
Teutonico, cujus fama perennis erit.
Si facilem spectes methodumq; viamq; docendi,
Artificis tritam nullius ante pede.
Namq; per anfractus veteres priscíq; Magistri,
Discipulos olim qvod docuêre suos.
Tradit id URANIE *perplexa ambage remotâ,*
Planius, & longè commodiore viâ.
Hæc operis primum generalem continet omnis
Ideam, rerum qvis sit & ordo monet.

Gracchorum eloqvio mater CORNELIA *miro*
Claruit, atq; chelyn tangere docta fuit.
Hæc loca non viſæ dimenſa eſt diſita terræ.
Qvæq; aliqvis docto pulvere digna putat.
Lucani Conjux gravis, ARGENTARIA POLLA,
Pharſalici belli qvando maritus opus,
Carmine jucundo deſcripſit, dicitur illud,
Poſt obitum, calamo perpoliiſſe, viri.
SULPITIÆ *laudat caſtiſsima carmina vates*
Bilbilicus, multum liber, & ore dicax.
De CHRISTI *vitâ ſcitum* FALCONIA *fecit*
Centonem ex libris grandis Homere tuis.
Andini ê vatis ſcriptis collegit eundem,
Qvi canit Heroâ maxima bella tubâ.
Egit & in Patrum conſeſsu HORTENSIA *cauſam,*
Pro ſexu, inſigni non ſine laude, ſuo.
Thebaidos pugnæ ſcriptoris nobilis uxor,
Perbellè Aonias CLAUDIA *nôrat aqvas*
Marcellam eximiis Bethléi nominis hoſspes,
Ob ſacrum ſtudium laudibus uſq; vehit.
EUSTOCHIUM *Paulæ Romanæ filia qvondam,*
Orbis prodigium nominitata fuit.
Præter enim ſacras qvas pulchrè noverat artes,
Lingvarum valuit cognitione trium.
Seu Latiam velles, ſeu lingvam audire Pelaſgam,
Tincta vel Hebræo verba diſerta ſono,
Tam promtè poterat voces expromere, eodem ut
Pænè putaretur nata fuiſſe ſolo.
Pro lanâ libros volvit CASSANDRA FIDELIS
Cui Venetùm cunas urbs opulenta dedit.
Muſica nota fuit bellè huic, verſusq; canebat;
Tractaret Latiæ cum pia plectra lyræ.
Antea qvos mirâ dulcedine fecerat ipſa,
In laudes ſummi cuncta tuentis HERI.
Hæc cum Philoſophis antiqvâ Antenoris urbe
Diſſeruit, palmam ſemper & inde tulit.
Artibus exculta & lingvis matertera Jull
ANGELA *Scaligeri ſic* NOGAROLA *fuit,*
Præſul ut Auſonius qvi tunc regnabat in urbe,
Tam doctum fermè ferret ad aſtra caput.
Evehit ad cœlum ROSVIDAM *Teutonis ora:*
Grande Caledoniis eſt decus HYLDA *viris.*
Anglia doctiloqvæ dotes miratur ELISÆ,
Qvæ ſceptra â multis tradita geſsit avis.

Sed cur antiqvis exemplis immoror? iſthæc
Omnia non meus eſt enumerare labor.
Talia ſuppeditat noſtrum qvoq; plurima ſeclum,
Qvæ nullo priſcis cedere jure qveunt.
Cui non nota piæ doctiſsima ſcripta MORATÆ,
Francidos auguſtum qvæ fuit orbe jubar.
Ticinum decorat docta ANDRÉINA *vetuſtum,*
Nam de Caſtalio largiter amne bibit.
Belgarum illuſtrat ſortem SCHURMANNIA *gentem,*
Ob cupidè potas Bellerophontis aqvas.
Elyſio decus eſt CUNITIA *nobilis orbi,*
Ingenii propter dona ſtupenda ſui.
Splendida ceu Phœbe ſtellas ſupereminet omnes,
Cum fulget medio lumine plena polo:
Sic reliqvas poſt ſe CUNITIA *noſtra relinqvens,*
Arte Mathematicâ ſcit ſuperare nurus.
Corporis egregium jam non memorabo decorem,
Deciduum namq; eſt lubrica forma bonum.
Nec fuſè referam phaleratis, dextera, verbis,
Qvam ſit Apelleâ pingere gnara manu.
Non dicam ſvavi qvam mulceat æthera cantu,
Qvando cavæ chelyos fila canora ferit.
Muſica vel celeri qvando inſtrumenta pererrat
Pollice, multiplices edere promta ſonos.
Non dilaudabo, nec carmine proſeqvar ullo,
Excellens Phrygiâ pingere qvam ſit acu.
Nec qvas exactè didicit ſtudioſa qvaternas
Lingvas, prolixus commemorare volo.
Non itidem exponam, qvam polleat arte medendi,
Pœoniam qvoties æger anhelat opem.
Hac vice PROPITIAM *eſt animus producere tantum,*
URANIEN, *mirum candide Lector opus.*
Qvale nec Hypparchus forſan nec doctus Aratus
Edidit, Aſtronomûm lumina magna virûm.
Orbe nec illuſtris Baſilei montis alumnus
Teutonico, cujus fama perennis erit.
Si facilem ſpectes methodumq; viamq; docendi,
Artificis tritam nullius ante pede.
Namq; per anfractus veteres priſciq; Magiſtri,
Diſcipulos olim qvod docuère ſuos.
Tradit id URANIE *perplexi ambage remotâ,*
Planius, & longè commodiore viâ.
Hæc operis primum generalem continet omnis
Ideam, rerum qvis ſit & ordo monet.

Poſtea

Poſtea perſpicuè monſtrat qvæ ſcire neceſſe eſt,
Et qvo cum fructu debeat illa legi.
Et qvia præcipuæ partes ſunt qvattuor artis,
Qvæ cœlos acie mentis adire docet.
Prima notat ſenſu qvæ ſunt percepta fideli,
Et qvibus in cœlo motibus aſtra meent,
Dêinde Geometrico fundamine nixa ſecunda,
Hæc aliter fieri non potuiſſe polo,
Evincit, firmisq; probat rationibus, æqva
Qvas non ullius mens negitare poteſt.
Tertia Mechanice fabricat parapegmata mira,
Arte favente, globos utibilesq; tubos.
Armillas, radios, qvadrantes atq; dioptras,
Sextantes, Sphæras, aſtriferumq; polum.
Calculus Aſtronomûm turbæ pars qvarta vocatur,
Artifici tabulas compoſuiſſe manu,
Qvi docet, æthereæq; omnem complectitur artis
Vim, benè qvam numeris exprimit ille ſuis.
Non eſt cunctarum qvod ſperes Lector amice
Tractatum, tenet hîc ultima ſola locum.
Conſtituunt tantum tres artem namq; priores,
Sola hominum mentes UTILE *qvarta docet.*
Hinc natæ Tabulæ, ſtudio vigiliq; labore
Confectæ, tibi qvas exhibet iſtud opus.
Has ſi nocturnâ verſabis ſiq; diurnâ,
Aſtrorum cultor ſedulus uſq; manu.
Qvi miro flagras cœleſtis & artis amore,
Crede mihi lætus commoda mille metes.
Perfundetq; tuum pectus jucunda voluptas,
Æthereos raptum in teq; putabis agros.
An propè divinum non eſt præſcribere legem
Stellis, & motus noſcere poſſe citos,
Mente ſagace prius, qvam fiant æthere celſo?
Hoc non ex aliis artibus ulla poteſt,
Præſtare, hinc meritò Regina ars illa vocatur,
Aſtrorum poſitus qvæ notat atq; docet.
Hîc qvicqvid Tabulæ collectæ ſumtibus olim,
Implicitè tractant dive RUDOLPHE *tuis.*
Explicitè poſitum magnoq; labore retectum,
Invenies artem hanc diſcere qvisqvis aves.
Vin' ſcire auricomi qvæ ſit revolutio Solis?
Cætera qvaq; polo ſidera lege meent?
Qvam miris faculæ cæli variisq; rotentur
Motibus à circlo qvem teneantq; ſitum?

Qvi

Qvi cœlum in ſuperam partem diſcernit & imam,
Qviq; diêi mediæ nomina cyclus habet?
Cur Phœbus mœſtum piceâ ferrugine vultum
Occulat, & terris tot mala damna ferat?
Cynthia cur denſis noctu tegat ora tenebris,
Ac hominum & pecudum territet omne genus?
Noſſe parallaxes longum in latumq; diremptas,
Expetis Aſtrophilus ſed breviore viâ?
Has nunqvam Tabulas manibus depone ſupinis,
Et noſces, avidè qvod didiciſſe cupis.
Ut tamen his Tabulis poſſis feliciter uti,
Qvæq; docent uſum in vertere cuncta tuum,
Qvid Frons, qvid Calx ſit, qvid Margo, qvid Area, prima
Scrupula, qvid tenuis linea, ſigna, gradus,
Qvidve Columna, qvid areolæ, qvid ſcrupla ſecunda
Impiger infractâ ſedulitate nota.
Nemo etiam culpet Momi vèl dente flagellet,
Non, qvisqvis naſum Rhinocerotis habet.
Ore qvod Auſonio proprio & Germanide lingvâ,
Aureus in lucem prodeat iſte liber.
Sunt certæ Authori cauſæ qvas velle referre,
Nil opus, ex libro has noſcere ritè potes.
Exigit at veterum qvia docta caterva Sophorum,
Alis ut geminis præditus ille fuat.
Qvi diſcendi avidus penetrantis acumine mentis,
Sidereas gaudet pervolitare plagas.
Prima Sophis priſcis Menſoria dicitur, iſtâ
Scitè metiri corpora qvanta docet.
Altera qvæ titulos numerorum & pondera callet,
Utiliusq; homini qvâ nihil orbe datum.
His niſi munitus fueris benè, lucida templa
Stelliferi cæli qvisqvis adire paras.
Littus aras, faciesq; novus ſublime volando,
Icarus Icarijs nomina rurſus aqvis.
Attamen hîc arti qvæ puncta Logiſtica tractat,
Inprimis ſolers invigilare velis.
Ac ſveto Aſtronomis numerare atq; addere more,
Et numeris numeros demere diſce prius.
Multiplicare etiam ne ſit tibi porrò moleſtum,
In partes itidem ſcindere cuncta ſuas.
Serviet hîc multum Sexagenaria, volve,
Uſibus, hanc tantum ſæpè, Tabella tuis.
His fultus pennis memorandus Dædalus ibis,
Per cœli medias absq; timore, plagas.
Omnia ſed Libri præſentis commoda fando,
Immenſosq; uſus qvis memorare qveat?

Si non

Si non livor edax, si non scelerata libido
Carpendi, pectus vexat agitq; tuum,
Quisquis es, id mecum tute ipse fatebere, falsi
Meq; nihil dices jam retulisse tibi.
Tu verò cui mens nulli cessura labori,
Fulgida quiq; cupis sidera nosse poli.
Diversosq; situs, obitus, motusq; perennes
Erranum septem circuitusq; vagos.
Huc ades, atq; offert tibi quem Clarissima librum
Fœmina, lætiscens fronte favente cape.
Et bona tam raræ Matronæ quæq; precare,
Nestoreos possit quò superare dies.
Pluribus & Patriam scriptis decorare suiq;
Ingenii multos participare bonis.
At Te quam memorem? quos Te genuisse parentes,
Elysij dicam Stella coruſca soli?
Annuit Ingenium dives Tibi totus Olympus,
Hoc quo vix ullum Clarius orbe foret.
Hinc manet æternæ Te dulcis adorea laudis,
Dum Phœbus cœlo fulget, & astra micant.
Vive decus nostri generosa CUNITIA secli,
Sit tua fama polo nota sit atq; solo.
Si quid habent veri nostræ præsagia mentis,
Nulla ferent talem postera secla viram.

BENJAMIN DUCIUS
Scholæ Bicinensis Moderator.

Alla Signora *MARIA CUNITIA*,
Authora della URANIA PROPITIA.

Sonnetto.

Del Ezechielle Paritio.

Lume Bell^a d^a intelletto di prudenza Eccellente,
Ch^a ha tessuto opera da gran valore,
Alma prudente che somministra l^a core,
Possiede, molte degn^a vertù egualmente.

La bell^a voce, è l^a liut^a che gentil man di neve,
Tratta d^a arte, imita natura co^a pennelle,
Hà vanto nell ricamar cose rare è belle,
Si? ch^a ognun Mira la MARIA & ammirarsi deve.

Non è altra anteporr à lei ugvale,
Il premio à gl^a alt^a ingegni si conviene,
Della gloria, ch^a all^a ciel s^a inalzi è sale,

Cosi, Trionphatrice pel lo ciel d^a intorno
Grand^a opera, è l^a túo nome resti eterno,
Eterno Fia delle tue glorie il giorno.

Mari-

Maritus ad Lectorem.

Prodit in publicum hic labor Uranicus, tot proculdubio inventurus tribunalia, quot doctorum pulpita; tot Censores & judices, quot Lectores; eosq; partim æquos, partim iniquos. Ut enim hodiernis vivitur moribus, omnes sapiunt, omnes censent. Et quidem æqui (quales vel omnes, certe plerosq; Artifices futuros auguror) ad operis dijudicationem prudentissimè attemperabunt candorem, & animi dexteritatem, eamq; cum præclara, solidâ, penitiori, atq; intemeratâ artis peritiâ & scientiâ pereleganter miscebunt. Iniqui verò illi Censores (quales aut philautiæ morbo correptos, aut vanâ artis jactantiâ tumidos, aut deniq; ignorantiæ candidatos fore arbitror) judicium afferent vel planè nullum, vel præjudicii & affectuum pertinaciâ rigidum. Neutros proinde verebimur, quin potiùs Illos primos, utpote ingenuè & sapienter monentes, omni observationis cultu reverebimur, in præcipuâ felicitatis parte ponentes à Talibus, & Tantis corrigi, vel ad exactiora vocari. Atqui alteros inania saltem crepantes, suarumq; audacter prodigos nugarum nihil morabimur, æque gloriosum reputantes talibus displicere, quàm doctis placere; sed suis moribus ulciscendos permittemus; firmissimâ spe freti, non aliter ut tumidi, & ventis agitati fluctus marini, scopulis illisi dissilire solent: ita & horum ejectamenta ad hoc, firmissimis demonstrationum petris innixum opus frustra impingi; apud Bonos quoq; sperati applausûs repulsam semper latuni. Quicquid sit, neutrorum censuram sive æquam, sive iniquam, reformidabimus, aut ullâ fori declinatoriâ eludemus. Verum cum more & instituto Pragmaticorum fœmina judicio sisti prohibeatur sine tutore (ut vocant) ad litem: en adsum! quem non aliqua polypragmosine, non partis studium, non temere litigandi pruritus, ad suscipiendam hanc tutelam incitat, permovet, stimulat: sed cui ipsum CONNUBII (etiam sui FUNDATORIS consilio, auctoramento, elogio, & mandato sacrosancti) jus has partes non tàm permittit, quàm imponit: non tàm indulget, quàm decernit & imperat. Siquidem vero causæ patroni primaria dos est, Judicem de specie facti, & statu causæ veraciter, perspicuè breviter, atq;, circumstantialiter informare posse: ego quoq; hisce vestigiis inhærens Lectori, ut judici omnem causæ diathesin, atq; rem natam aperiam. Cum primum Svidnitium venissem, constans fama erat, Dn. Henrici Cunitii Philosoph: & Medic. Doctoris filiam natu majorem, non solum linguarum & historiarum studio esse deditam; sed etiam Astrologiam, sive prædictiones physicas, è positu astrorum petitas, sedulò affectare, judiciumq; generale, erecto ex Ephemeridibus themate genethliaco, utcunq;, non malè tamen formare. De primo quidem quamvis non dubitarem, cum certò scirem & alias fœminas in hoc studiorum genere aliquid præstitisse: alterum tamen in medio reliqui, subdubitans penitiorem hujus disciplinæ cognitionem in hunc sexum cadere posse. Nolui tamen, qui meus est mos, cuiquam molestus esse, aut curiosiùs in hæc inquirere: donec tandem ex improvisò, invitantibus nos utrinq; paribus studiis, in notitiam Parentis deveni, ubi oblatâ occasione disserendo, & discurrendo, brevi didici famam neq; vanam, neq; re, ut plerumq; fieri solet, multùm majorem fuisse: illamq; ut piam & honestissimam; ita naturâ genitam, & studio ac voluntate informatam ad omne laudis exemplum, & ad Virtutis ac doctrinæ decus amplectendum. Impendio tunc eam Astrologiæ partem, quæ tempora eventuum è generali judicio jam notorum, specialiter determinat, beneficio chronocratorum, directionum vulgarium, profectionum, &c. maximâ ex parte irrito conatu sectabatur. Hanc de causa tàm favorabili bene merendi occasionem, quæ ad manum se dabat arripui, & promisi me promptum & paratum fore, quicquid ex meâ parte conferri posset ad exædificationem tam honesti propositi, ordineq; exposui: 1. quàm manca & imperfecta sit vulgaris directio, utpote quæ nullam proportionem physicam trium illorum, omnes temporum species mensurantium circuituum, & habitudinem eorundem ad invicem observet, sed solius æquatoris neglectâ Ecliptica, ratione, sine certâ & adæquatâ mensurâ, de temporum momentis concludat. 2. Ad certam temporis

determina

determinationem requiri loca siderum, quoad longitudinem & latitudinem ad debitum præcisionis punctum accurata; quæ in Ephemeridibus ante Kepplerum editis, frustrà quærerentur. 3. Tandem ita concluſi; ei; qui tempora eventuum præciſe determinare vellet, in primis veram directionis methodum in utroq; ſubjecto, tàm triplicis directionis (nempe ex proportione diei ad annum; diei ad menſem; menſis ad annum) Ecliptica, quàm æquatoreæ neceſſariam eſſe: nec non calculum Planetarum correctum, ad quem (rebus Aſtronomicis ſic ſtantibus) & penitior Arithmeticæ ſupra vulgarem cognitio; & trigonometriæ exercitium requireretur, ſollicitè anquirendum eſſe. Et ſic fitum; & trigonometriæ exercitium requireretur, ſollicitè anquirendum eſſe. Et ſic ſitio

quibus (ut omnes Excellentioris Ingenii Astronomos uno ore mecum fateri scio) præstantiores à Mundi exordio Sol non vidit, dignè æstimare & magnificere. Et tantum de contentis in genere dixisse sufficiat.

2. In operis dispositione eum secuta sum ordinem, quem ipsa rei indoles mihi præscribebat. Cum enim in observatione situs, & motus corporum cœlestium, triplex occurrat varietas; res ipsa clamabat, necesse fore, ut in operis sectione, huic varietati me attemperarem. Apparet autem illa varietas, primò in conversione seu Revolutione diurnâ, qua Sol, Luna, & omnes reliquæ Stellæ, sive fixæ sint, sive erraticæ, spatio viginti quatuor horarum, apparenter, à certo Cœli puncto motæ, ad idem punctum, idq; ab ortu in occasum, revertuntur. Ut si Sol in Meridiano constitutus attendatur, videbitur, exactis viginti qvatuor horis, descendendo, & ascendendo, iterum ad Meridianum revolvi; simile judicium esto de reliqvis. Vel si concipias Solem super horizontem ortivum manè emergentem, videbis illum tempore antemeridiano subinde ascendere, & altiùs elevari, donec in ipso meridie, summum, quod eâ die assequi potest punctum altitudinis, attingat, Hinc vero pedetentim magis magisq; deprimi, donec tandem vespere horizontem occiduum subeat, & quasi submergatur, exacto vero nocturno tempore, qvod cum diurno viginti qvatuor horas conficit, iterum ad horizontem ortivum revolvi. Hic motus vocatur primus, non eam ob causam, qvod reliqvorum motuum autor sit; sed qvod primus sit apprehensione sensuali, & cognitione, nullus qvippe puer, nullus idiota tantæ est stupiditatis, qvin actutùm motum hunc percipiat.

Ea porro qvæ & situs ratione, & motus, circa hanc Cœli conversionem accidunt, Artifices per certos circulos demonstrant. Situm qvidem cùm per horizontem, qvi ille est circulus, quo, oculo in planicie constituto, apparet, cœlum Terræ circum circà incumbere, & hunc circulum ita formare; tùm per Meridianum, qui imaginatione ita concipitur; si quis à polo Mundi Septentrionali per id Cœli punctum, qvod super verticem hominis in plano erectè stantis, exactè incumbit, in alterum Mundi polum Meridionalem, circulum ducat. Respectu horum duorum circulorum situatur in Cœlo, qvicqvid situari potest. Horizontis qvidem ratione expenditur, utrum Stella, vel aliud Cœli propositum punctum, sit suprà, aut infrà terram. Idem utrum in ortu aut occasu consistat; Meridiani vero respectu, utrum culminet nec ne? anversus ortum aut occasum vergat? Hisce duobus propter altitudinis mensuram, addunt circulum verticalem, qvi à verticis puncto perpendiculariter in horizontem imagination ducitur, per certum propositum punctum, in quo expendunt, quot gradibus & gradus scrupulis, propositum cœli punctum supra vel infra horizontem constituatur. Motum vero demonstrant per circulum, quem Æquaterem (eo quod Sol in ipso constitutus, diem nocti æquat,) vocant, de quo singulis horis, sive per Meridianum, sive per horizontem, singuli qvindecim gradus per transire supponuntur. Qvicqvid igitur motu primo, sive conversione diurnâ movetur, movetur vel in ipso Æquatore, vel in circulis Æquatori parallelis. Ejus Motus continuus facit, ut omnia cœli puncta continuè mota appareant, nulla qviete interposita, & indesinenter ascendere, & descendere, idq; mensurâ motus, maximâ ex parte æqvabili (maximâ ex parte inqvam, multoties enim observatus est à Marito, ut & à me, hic motus, Physicas intensiones, & remissiones, extra ordinem suscipere; de quo alius erit differendi Locus.

Atq; horum circulorum respectus, extrusit Tabularum partem primam, in quâ præmissis quibusdam ad Geometricum & Arithmeticum exercitium pertinentibus, ostenditur, quanto arcu, quodlibet Eclipticæ punctum in eoq; constitutus Planeta ab Æqvatore, tam versus Borean, quàm versus Austrum distet, quam distantiam Communiter declinationem vocant.

Respectu Meridiani, docetur per Tabulam arcuum culminis æqatorei, quanto in æquatore arcu, à principio Arietis incepto, distet illud æquatoris punctum, qvod cum dato aliqvo Eclipticæ puncto simul, Meridianum pertransit, & viceversâ; qvodnam

Eclipticæ

Eclipticæ punctum, cum dato aliqvo Æqvatoris puncto eundem Meridianum simul stringat? Respectu horizontis, tabulis traditur Idoneis, qvodnam, ad qvod cunq; propositum tempus, Eclipticæ punctum supra horizontem emergat, sive oriatur? simulq; qvis gradus Nonagesimus ab oriente retronumeratus? qvot horarum sit dies? idq; ad qvamcunq; Elevationem poli tàm Borei qvàm Australis. Ostenditur qvoq; qvantus sit angulus, qvem in qvovis proposito puncto, Ecliptica cum Horizonte constituit, sub qvacunq; Elevatione poli tam borei, qvam australis? Et accedente reductione, qvantum angulum orbita Lunæ, cum horizonte faciat?

Respectu circuli verticalis, communicatur Tabula, non ad unam & alteram particularem poli Elevationem, sed universaliter toti Orbi suffectura, qvanto nimirum angulo, dictus circulus cum Eclipticâ coincidat? Tandem é difformi Solis ad Meridianum appulsu, respectu plurium dierum, nata est æqvatio temporis. Cui pro reductione Tabularum ad aliarum Regionum, & civitatum meridianos, statim subjungitur Catalogus Locorum, qui primæ partis agmen claudit.

Secunda varietas in motibus Stellarum occurens, vocatur Astronomis Motus secundus, non qvod à primo dependeat, aut originem ducat; sed qvod apprehensione sensuali non ita evidens sit ut primus, & qvod nutu suo primo planè contrarietur. Nam ille primus omnes Cœli stellas, motu rapidissimo, ita ab ortu in occasum, apparentur circumrotat, ut diurno spatio temporis, absolvatur; hic verò Secundus, motu longè tardiori planetas ab occasu in ortum promovet, ita ut Secundorum mobilium omnium velocissimum, Luna 27½ diebus unam periodum absolvat, Sol spatio annuo, Saturnus (ut cæteros nunc taceam) 29½ annis. Ille à qvovis, vel simplicissimo percipitur; hic solis exercitatis patet. Ille subjectivè inest Æqvatori, vel circulis Æqvatori parallelis; hic vel in Eclipticâ, vel orbitis planetariis cum Eclipticâ connexis, spicitur. Illius mensura maximâ ex parte æqvabilissima est, ut æqvalibus temporũ momentis, æqvales æqvatoris arcus, qvemcunq; circul: transversũ pertranseant. In hoc tanta velocitatis & tarditatis occurrit varietas, ut qvilibet planeta in suo motu, modo directè, modo retrogradè incedat, modo stare immobilis, modo progredi, videatur; sitq; diversis temporibus, in suo genere, velox, velocior, velocissimus; aliis rursus momentis, tardus, tardior, tardissimus; occupetq modo ipsam Eclipticam, modo versus Boream, modo versus Austrũ, idq; sub multiplici distantiæ varietate evagetur. Unicum est in qvo uterq; convenit, nimirũ, in communi numerationis princ. qvod est æqnoctiũ vernũ, communis illa Æquatoris cum Eclipticâ intersectio, princ. Arietis vulgariter dicta. Sicut n. ibi arcus culminis æqvatorei nihil aliud é, qvam arcus æqvatoris, ab hoc æqnoctij verni puncto inceptus, & cõtinuè ductus, usq;, ad punctum ejusdem æqvatoris, tum temporis meridianum stringens: Ita qvoq; hic, longitudo planetæ nihil aliud est, qvam arcus Eclipticæ ab eodem æqvinoctii verni puncto inceptus, & continuè ductus, usq; ad ejusdem Eclipticæ, punctũ, qvod tunc planeta occupat. Atq; hæc motus secundi varietas imperavit scribere partem Tabularum secundam. In qvâ Tabulis idoneis, calculo, qvoad fieri potuit, facillimo, ad qvodvis temporis, ppositum momentum, computare doceo, uniuscujusq; planetæ longitudinem ab æqvinoctio, id est, qvem cujusq; signi gradum, gradusq; scrupulum tunc occupet? prodo qvoq; tabulis valde succinctis, deviationem ejusdem ab Eclipticâ, in plagam, vel boream vel Australem, qvam communiter Latitudinem vocant. Qvinq; tandem Erronibus Saturno, Jovi, Marti, Veneri, Mercurio, suos unicuiq; stationis terminos, in utroq; commutationis semicirc., pfinio certissimos, & demonstrationis invictæ evidẽtiâ evictos, qvos (absit jactantia verbo) in aliis hactenus editis Tabs fruſtrà qvæsivimus.

Tertia varietas motuum cœlestium evidens, ea est passio é motu latitudinis lunæ, luminaribus obtingens, qvâ sese mutuo lumine privant, vulgariter Eclipſ., obscuratio, & obtenebratio dicitur. Hæc ut motus primus, etiam in oculos vulgi incurrit; estq; ejus computus magnum & certissimum Astronomiæ artificium, ac proinde vulgus in maximam sui admirationem rapiens. Id qvod etiam Plinium permovit ut lib. 2. cap. 12,

Astronomos hoc Epiphonemate, & elogio decoraret. *Mactî inquit ingenio iste Cœli Interpretes, rerum Naturæ capaces, ARGUMENTI REPERTORES, QVO DEOS, HOMINES Q. VICISTIS. Qvis enim hæc cernens, & statos Syderum (qvoniam ita placuit apellare) labores, non suæ necessitati mortalis genitus ignoscat?* Et hinc nata est mihi Tabularum pars tertia, In qva succinctè, & breviter Tabulis planè novis, & hactenus inusitatis, ad qvævis à conditu rerum, elapsa & futura Secula, ad qvemvis ejus seculi annum definio in genere dies, de Eclipsi suspectos. Trado etiam insigne parallaxium, in longum & latum jam discretarum, & universale prorsùs compendium, minimè vulgare, neq; ullo Astronorum (qvantum qvidem è scriptis publicis constat, vel affectatum. Et ut perplexum Eclipses Solares ad certum locum calculandi laborem minuerem, computavi ad novem diversas Poli Elevationes, nempe 36. 39. 42. 45. 48. 51. 54. 57. 60. gradus, Tabulas, prorsus novas, cognito solummodo gradu oriente, & conseqventer Nonagesimo, Dæqve à Nonagesimo distantiâ concessâ, horarii Lunæ visibilis, etiam sine parallaxeos cognitione, formandi, qvas scio mirabuntur Artifices, imò vix ante facta experimenta factu possibiles ducent. Atq; hæc sunt qvæ de ordine, & dispositione operis præmonenda censui.

Tertio Loco, cuivis, Tabulis Astronomicis fructuosè & feliciter uti volenti diligêter, perpendenda est, omnium & singularũ unius cujusq; Tabulæ partium affectio, earumq; apta & coordinata ad invicem cohærentia, sine qva consideratione, nemo in hoc exercitio multum proficiet; Hac vero præviâ pleraq;, proprio marte facile assequetur. Habet enim quælibet Tabula Astronomica suas partes, ipso situ partim externas, partim internas. Externæ sunt, Frons, Calx, & Margo; Interna est ipsa tota Tabulæ Area, ductis lituris est rectis in Columnas, transversis verò in areolas, areolarumq; lineas distincta. Frons vocatur pars Tabulæ superior, gestans in se cùm Titulos inscriptos, tùm signaturas, admonentes Lectorem, qvamnam materiam contineat area, & cujus speciei sint numeri in area contenti. Verbi Gratia, ut in Motu, an sint, signa, gradus, scrupula prima, scrupula secunda, &c. In Tempore, utrum anni, dies, horæ, scrupula horarum prima, aut secunda? In pluribus etiam notas additionis & subtractionis, vel boreæ latitudinis, vel Australis. Singuli numeri ejus, singulas, quibus super scribuntur columnas, determinant. Hujus rei capiat Lector exemplum: *In Tabulis fol. 61. in fronte Tabulæ hæc occurrunt: 1. Literis majusculis superscribitur, PARS PRIMA, admonens lectorem, illã totã Tabulam, ad partem primam, in qva diurnæ revolutionis, s. motus primi symptomata, explicantur, spectare. 2. Sequitur hæc inscriptio. Tabula Universalis Anguli verticalis cum Ecliptica: vox Universalis lectorem monet, Tabulam hanc non ad particularem aliqvã poli Elevationem referri, sed prorsus esse universalem, omnibus Totius Orbis Elevationibus sufficientem. Verba hæc, anguli verticalis cum Eclipticâ denotant numeros, in areâ Tabulæ contentos, exprimere qvantitatem angulorum qvos Circulus Verticalis cum Eccliptică coincidens, format. 3. Superscribuntur hæc verba, Gradus Anguli Orientis, qvibus, sine lineari interjectu, succedunt hi numeri: 50. 51. 52. 53. &c. qvibus innuitur, hos numeros, tàm exprimere valorem, seu qvantitatem Anguli Orientis, qvàm indices esse unusqvisq; ejus columnæ, cui superscribitur. 4. Singulis columnis superscribuntur hæ signaturæ; gr.': id est gradus, & minuta, sive scrupula gradus, qvæ notificant omnium in areâ Tabulæ subscriptorum numerorum valorem; nempe, qvod qvilibet numerus, cujus q; columnæ, à sinistrâ qvidem, tot gradibus, à dextrâ, tot min: valeat, qvot ibi Num. exprimũtur.* Simile judiciũ esto de omnib9 Tabulis. Calx vero quã etiã nonnullæ tab. habent, vocatur pars infra subscripta; Hæc vero, vel ut Frons, titulos, signaturas, & notas, præ se fert, monêtes lectorẽ, de contêtis in areâ numeris, cujus valoris, speciei, & affectionis sint, & qvomodo in computo, ad usũ transferendi: vel singulare q.d, quod ream tab: non spectat, exhibent. Prioris conditionis exempl, videatur in tabulis, f. 8, In Tab. declinationũ, ubi frons & calx, signaturas signor: cœlestiũ inscriptas habẽt c. affectione bor & austr, Exempl. quoque huj9, inter alia, f: 65, 66, 229. 235, 236. 238. & sequentib9, obvia sunt. Posterioris conditionis in Tertia Tab. omniũ quinq; planet: ♄, ♃, ♂, ☉, ♀, occurrunt, ut f: 88. Ibi in õnib9 columnis apparẽt subscripti asteriſci c. Cyphra, de qvorũ usũ suo loco mẽtio fiet opportuna. His trãsversim subjunguntur, Termini Stationis primæ in signis,

signis, gradibus, & minutis, scilicet commutationis, quibus Planeta vi demonstrationis, per 24 horas, in suo motu secundo, ad apparentiam, plane stat immobilis. Et his horis transactis ad apparentiam retrogreditur. Ejus rei plures paginæ documenta præbebunt. Et tantum de calce. Margo est pars Tabulæ exterior, cujus numeri à lateribus tabulæ vel ordine descendunt, vel interdum à dextra ascendunt. Hujus numeri eàdem ratione, indices sunt linearum areæ transversarum, quâ frontis numeri columnarum, Sunt q; in duplici differentia: Interdum enim cum numeris frontis (est ubi & calcis:) ejusdem sunt generis, solâ specie differentes. Hujus formæ sunt omnes à folio Tabular: 8. usq; in 53. erectè stantes, (de transversis enim diversum est judicium) gestantes in fronte Signa denominativa, ♈. ♉. ♊. &c. Sed in margine illorum signorum gradus. Huc pertinent & aliæ Tabulæ, utpote fol: 213. 214. 215. 216. quæ dies in margine, horas dierum in fronte ostendunt. Item fol: 229. 233. 235. Reliquæ vero omnes, Margines & Frontes diversi generis habent, etiam si numerorum specie convenire videantur: sicut videre est per omnes Planetarum SATURNI, JOVIS MARTIS, VENERIS, & MERCURII, Tabulas Tertias. In quibus Frons, Signa & Gradus, Margo quoq; Signa & gradus habent, magna tamen differentiâ. In fronte enim Signa & Gradus sunt, distantiæ ab aphelio: in margine verò Signa & gradus commutationis. In Tabulâ Quartâ Planetarum, Frons Signa & gradus continet distantiæ loci heliocentrici à Nodo boreo: sed Margo Signa & gradu, commutationis. Et in nostro superiori exemplo fol: 61. Frons Gradus habet anguli orientis: Margo quoq; gradus habet, sed distantiæ à puncto oriente vel occidente. Probè quoq; notandum est, in illis Tabulis, in quibus Frons & calx ejusdem sunt generis, sive denominationis, Marginem sinistrorsùm positum pertinere ad frontem, & Gradus ordine descendere; dextrorsùm verò positum spectare ad calcem, & ordine numerorum ascendere; Id quod patet folio 8vo; ibi enim gradus in margine ad sinistram descendentes, sunt gradus Signorum in fronte; ♈. ♉. ♊. ♋. ♌. ♍. In Margine vero ad dextram ascendentes, sunt signorum in calce Tabulæ positorum ♎. ♏. ♐. ♑. ♒. ♓. Simile judicium est de Tabul: fol 65, 66. 229. 235. 236. 238 &c: Et tantum de partibus Tabulæ externis. Interna est ipsa area, quæ duplici respectu, juxta nutum liturarum erectarum, & transversarum consideratur, & dividitur; nempe in columnas & lineas.

Columna vocatur totum areæ spatium inter duas lituras erectas inclusum, cujus index in fronte, interdum etiam, sed rarissimè, in calce & fronte simul, est numerus suprascriptus, vel subscriptus.

Linea vocatur illa numerorum series à margine in marginem, lituris transversis parallelè incedens, columnasq; transversim intersecans: cujus index est numerus in alterutro marginum positus. Cum enumeratarum vero partium cohærentia, ita comparatum est, ut hi tres numeri; index columnæ in fronte, index lineæ in margine, & qvivis in area positus numerus, quem columnæ & lineæ mutuus concursus tangit, datis duobus eorum quibusvis, tertius statim prodatur. *Exempli gratia in Tabul. fol: 61. dentur duo numeri, index scilicet columnæ ex fronte 54 gradus anguli orientis, & index lineæ è margine 60. grad: distantiæ à puncto oriente vel occidente, quæritur tertius nimirum angulus verticalis circuli cum Eclipticâ, dico numerum areæ ad communem hujus columnæ & lineæ concursum positum, proditum iri. Si enim in columna cujus index 54. digito descenderis, usq; ad lineam quæ in margine indicem habet 60? tanges numerum 55. grad: 28: minut: qvi ipse est numerus qvæsitus; Tot qvippe graduum & minutorum est angulus, a circulo verticali in illud Ecliptice punctum incidente, qvod 60. gradibus à puncto oriente, vel occidente distat, cum Eclipticâ formatus, si angulus orientis 54. graduum, concessus fuerit; id qvod titulus Tabulæ promisit. Rursus dentur è fronte index columna 58. Et in eadem columna numerus arealis 59. grad: 3. minut: proditur in margine index lineæ 68. gradus*

Hoc est; datus angulus Orientis 58 gradus, & concessa quantitas anguli Verticalis cum Ecliptica 59 grad: 3 minut: argumento sunt, illud Eclipticæ punctum, in quo circulus verticalis Eclipticam intersecat, distare à puncto Oriente vel Occidente 68 gr: Tandem detur è margine index lineæ cujusvis, & in eadem linea numerus in area positus qui cunq; proditur index in fronte. Veluti data distantia à puncto oriente vel occidente in margine 50 gr: & in eadem linea 47 gr. 27. min: mensura scilicet anguli verticalis cum Ecliptica, proditur statim index frontis 55. grad: quantitas anguli orientis.

Hæc non propter Artifices, qui admonitione hâc mea non indigent; sed in gratiam huic exercitio minus ad svetorum inculco, hosq; moneo, ut in singulis Tabulis, ludendo quasi, hanc partium cohærentiam sibi familiarem reddant; Hac enim ratione fiet, si titulos suprascriptos, adscriptos, & subscriptos bene notaverint, ut brevi proprio marte, in hoc Tabularum exercitio ad votum progrediantur & proficiant. Quod vero lector in diversis diversarum Tabularum frontibus, & marginibus, diversos numerorum saltus, modo per unum, duos, tres, quinq;, imo decem gradus, animadvertit, reddetur in explicatione singularum, sigillatim facti ratio.

Methodum quod concernit sequor ordinem Tabularum. Et primæ partis Tabulas, eo, quo se ordine seqvuntur, primo, secundæ secundo, tertiæ tertio loco, explicabulas, monendo statim ab initio, quid termini sive voculæ technicæ significent, & quid circa eo, excerptionem observandum, addo modū utendi; Et tandem ipsum usum breviter adumbro.

Restat hoc loco ut antevertam suspicionem; quæret enim non nemo, quī fiat, ut contra morem omnium Artificum, duplici idiomate introductionem conscribam? suspicabiturq;, (sunt enim homines ad suspicionem proni) quod vel studio novitatis, vel jactatione latinismi, vanam gloriolam yener. His respondeo, quod neq; temerè, neq; inconsultò hoc fecerim; Sed permota impulsu duorum gravissimorum autorum Quorum primus est AMOR PATRIÆ, alter ipsa NECESSITAS. Nemini ignotum esse puto, Nationem Germanam abundare ingeniis, Astronomico exercitio aptis, verum sæpenumero imperitis latinismi. Quibus, quo pietatis prætextu, ego Germana Natione, fructum laborum meorum invidere, aut eripere possem, non video; cum ipsorum Ethnicorum suffragio constet: magnam nostrorum laborum partem Patriam sibi vendicare. Et videmus plerasq; alias Nationes, præcipua sua inventa, familiari sibi & vernaculo idiomate conscripta edere. Verum qvia hic labor, utpote communi reipublicæ literariæ incremento destinatus, communicandus erat etiam aliis Nationibus idioma nostrum non callentibus; Insuper quoq; verendum, ne fortè (pravitate cujusdam Ingenii nostri eò impudentiæ perventum est, ut plurimi inveniantur, qui nihil pennim seculi nostri eō impudentiæ perventum est, ut plurimi inveniantur, qui nihil penni si habent, opera alicujus notæ, inscijs, inconsultis, & invitis Autoribus, imo planè suppressis eorum nominibus, in alia idiomata transfundere, & pro suis malitiosè divendant) plagiarij arreptâ hac occasione, genuinum hunc meum, ingenuè & liberè natum, & educatum partum, latinitatis veste circumvelatum, pro mancipio suæ libidinis, ambitionis, & arrogantiæ promercali venum exponant; Imperavit ipsa necessitas latinæ utpote Universaliori, & plurimis Nationibus familiari lingvæ hanc introductionem demandare. Atq; hæc de generali operis idea, præmonuisse sufficiant.

Supereſt ut Lectorem commonefaciam eorum, quibus necessariò instructus esse debeat, antequàm hujus compendii praxin tentet. Veteres quidem olim in eo, qui Sydereas has Mundi Regiones pervolare audebat, duas alas requirebant: exactam scilicet Geometriæ, & Arithmeticæ peritiam, quod etiamnum hodie de arte constituendâ verum atq; necessarium est, in qua sine prævia Geometriæ & Arithmeticæ scientia penitiori, frustrà planè laboratur: Arte vero jam constitutâ, vagisq; numerorum mæandris & ambagibus ad ipsum alioquin pronis, in compendia, & breves prochirasq; tabularum Epitomas redactis; nunc prò meo hoc compendio practico, sufficere videtur mediocris Arithmeticæ vulgaris exercitatio, nimirum si Lector in prima quidem & Secundà tabularum parte, Astronomicè numerare, addere, subtrahere, & multiplicare in

in tertia etiam dividere didicerit. Hisce mediocriter exercitatus, confidenter hoc exercitii genus aggredi poterit. Quid vero sit Astronomicè numerare, addere, subtrahere, multiplicare & dividere, dicam porrò; non eâ quidem intentione, ut totam logisticam sexagenariam prolixè conscribam (id neq; temporis, neq; instituti ratio patitur;) Sed ea solummodo quæ suscepto negotio conducere, & sufficere possunt. De quibus ordine hæc sequentia trado.

1. Astronomicè numerare nihil aliud est, quam pronuntiando, & scribendo efferre valorem, & signaturas specierum numeri Astronomici. Valor enim characteribus numericis vulgaribus, species verò superscriptâ signaturâ exprimitur. Objectum hujus numerationis Astronomicæ est duplex, Tempus, & Motus circularis; Utrumq; in peculiares suas species diremptum. Omnis quippe Astronomiæ ratio in eo est, ut ad quodlibet temporis datum momentum, locum, & Situm Astrorum: & ad quodlibet temporis spatium, quantitatem motus circularis eorum, & Viceversâ definiat. Tempus est rerum duratio certis periodicis Astrorum circuitibus mensurata. Diversi, diversorumq; Astrorum circuitus, eorumq; partes, diversas Temporis species efficiunt; Circuitus Solis in Ecliptica, annum; Circuitus Lunæ, mensem; circuitus punctorum Æquatoris, diem; 15°. æquatoris, horam; 15 scrupula prima æquatoris, unum scrupulum horæ. 15 Secunda æquatoris, unum secundum horæ &c. Hinc solennes, & nobis in hoc opere usitatæ species temporis emergunt. Primo annus, spatium temporis 365 dierum; ejus signatura superscribenda est (ann:) Secundo dies, spatium temporis 24 horarum, ejus signatura superscribitur (dies) Tertio hora, spatium temporis 60 scrupulorum primorum; ejus Character (hor.) quartò, scrupulum primum, est spatium temporis 60 secundorum, ejus signatura (′) quintò, secundum scrupulum est spatium temporis 60 tertiorum, duratq; tantisper, dum quis tria vocabula brevia præcipitanter efferat; Signaturam habent (″) & ultra hæc Tabulæ meæ non progrediuntur. *Quod si igitur lectori talis numerus Astronomicus offeratur Ann: 23. Dies. 278. Hor. 18. 45′ 52″ illum Astronomicè numerando ita pronuntiabit: viginti tres anni completi, ducenti septuaginta octo dies completi, octodecim horæ completæ, quadraginta quinq; scrupula prima completa, quinquaginta duo scrupula secunda completa* (Probè notetur Astronomos in tempore, & motibus, species completas, non currentes intelligere; nisi expresè addiderint, currens &c.) *Rursus jubeatur Lector scribere hunc numerum; Tredecim anni completi, trecenti quadraginta septem dies completi, viginti tres horæ completæ, octo scrupula prima, viginti novem scrupula secunda; ita eum notabit: An. 13. D. 347. H. 23. 8′. 29″.* Et hæc est numeratio Astronomica in speciebus temporis.

Motus corporum cœlestium est circumgyratio eorum circularis, vel qvasi circularis, circa centrum proprium, sive physicum. Circuli igitur variæ divisiones, & subdivisiones, varias numeri Astronomici species, in motu pepererunt. Primò, circulus Astronomis in 12. partes æquales dividitur, (cui procul dubio motus luminarium, dum nimirum Sol semel, cum Luna duodecies, & ultra revolvitur, ansam dedit, placuitq; Artificibus hic numerus duodenarius, etiam propter alias, quas habet prærogativas; de quibus hic non est dicendi locus) & ejusmodi pars vulgo vocatur signum. Secundo, quodlibet signum dividitur in 30 partes æquales, quæ vocantur gradus. Tertio Singuli gradus in 60 scrupula prima. Quarto, Singula scrupula prima in 60 secunda, &c: Hinc in motu quatuor species numeri Astronomici, in his tabulis usitatæ emergunt. Signa, gradus, minuta prima, minuta secunda.

Signa evitandæ æquivocationis, perplexitatis, & confusionis; facilioris q; comprehensionis gratiâ, divido in signa denominativa & numeraria. Denominativa sunt, quibus sua certa, & peculiaria nomina ab Artificibus sunt imposita, suntq; famosa illa duodecim signa Zodiaci, primum; Aries, cujus signatura ♈. 2dum Taurus, cujus Signatura ♉. 3tium Gemini, quorum signatura ♊. 4tum Cancer cujus signatura ♋. 5tum

Leo cujus Signatura ♌. 6tum Virgo, cujus signatura ♍. 7mum Libra, cujus signat: ♎. 8vum Scorpius, cujus signat: ♏. 9num Sagittarius, cujus signat: ♐. 10mum Capricornus, cujus signt: ♑. 11mum Aqvarius, cujus signat: ♒. 12mum pisces, quorum signatura ♓. Hisce utuntur Tabulæ meæ à Pagina 8, usq. ad Paginam 55. Item à pagina 248. usq; ad paginam 283.

Signa numeraria sunt, quæ solo numero exprimunt, quot circuli partes duodecimæ à certo puncto, ad propositum punctum completæ numerentur. Eorum Signatura communis est (Sign:) His solis in computo planetarum utimur. Conveniunt numeraria cum denominativis sub divisione, quæ utrisq communis est, ut singula in 30 Gradus dividantur; Differunt verò cùm principio numerationis, quo denominativa à solo puncto Æquinoctij verni; numeraria vero non solum ab eodem æquinoctio, sed pro renatâ, à qvovis alio Eclipticæ, & orbitarum planetariarum puncto, incipiantur: tùm modo numerandi, qvo denominativa currentia, numerariâ verò sopiantur: tùm modo numerandi, qvo denominativa currentia, numerariâ verò summodo completa numerantur: tandemq; Signaturâ, sive characterismo, ubi singula denominativorum, singulo charactere: numeraria unico communi (Sign:) notantur. Cum verò sæpius in calculo contingat, ut hac duæ signorum species necessariò permutentur, ut ex numerariis denominativa, ex denominativis numeraria fiant, non parum interesse videtur Lectoris Astrophili, ut expeditam signorum Zodiacalium permutationem sibi familiarem reddat: quod sequente ratione facilè obtinebit: Scribat ordine signa denominativa ♈, ♉ &c. his subscribat numeraria hac lege ut sub ♈. 0. sub ♉. 1, & sic consequenter, donec tandem sub ♓. 11. directe ponantur, sicut seqvens schematismus exhibet.

Signa												
	denominativa	♈.	♉.	II.	♋.	♌.	♍.	♎.	♐.	♑.	♒.	♓.
	numeraria	0.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.

Cur vero sub primo denominativo ♈. 0, non 1; & sub duodecimo ♓. non 12. sed 11. scribantur, ratio est, qvod denominativa currentia; numeraria vero completa numerantur. Ex hoc Schematismo facillima est permutatio, *Ut si proponantur 25 gradus Scorpii (♏) & quæritur quomodo Astronomicè numerentur? Ingredior Tabulam & sub ♏ in venio 7, signum numerarium, & propterea ita scribo Sign. 7. 25°. tot quippe Signa completa, & gradus completos distat punctum propositum ab æquinoctio verno. Item proponantur 11. Grad. piscium ♓, & quæritur quomodo numeratione Astronomica notentur? Invenio sub ♓ 11. Ergo 11. Signis completis, & 11. gradibus completis ab æquinoctio verno distat propositum punctum, & scribitur Sig: 11. 11°. Rursus detur talis numerus Astronomicus, ab æquinoctio verno, inceptus, Sig. 8. 24°. 8', & quæratur qvod nam Signum denominativum tangat? Hic video in Schematismo, numero 8. super scriptum ♐, dico igitur illud propositum punctum hærere in ♐rio post completum gradum 24. & completa scrupula 8. Sic si dentur. Sig. 4. 17°. Signo 4 superscribitur ♌, est igitur 17. Gradus completus Leonis.* Atq; hæc de signis notasse sufficiet.

Gradus est 30gesima pars Signi, 360gesima pars circuli totius, continens 60 Scrupula prima, ejus signatura Astronomica est vel (gr:) vel etiam in operatione multiplicationis (o) Secundo, scrupulum primum est 60ma pars gradus, continens in se 60 Secunda, ejus signatura est (/) 3tio scrupulum secundum est sexagesima pars unius scrupuli primi, continens in se 60. tertia, ejus signatura est (//) ita postmodum in infinitum. Sed calculus mearum Tabularum scrupula secunda non transgreditur. Satagentis enim animi esse puto, scrupula tertia, qvarta, qvinta urgere, & interim (ut talibus plerumq; accidere solet,) integros gradus negligere. Oblatum igitur numerum Astronomicum, in Signis, gradibus, minutis primis, & secundis, si signum denominativum fuerit; ita pronuntiabis, ut numerum graduum, scrupulorum primorum, & secundorum completorum efferas, & Signum addas. *Veluti detur numerus Astronomicus 25°. 38'. 35''. ♏, cum ita effero; viginti quinq; gradus completi, triginta octo scrupula prima com-*

ma completa triginta qvinq; scrupula secunda completa signi Scorpii. Si vero Signum numerarium fuerit: efferatur numerus ejus additâ voculâ Signum. Ut hunc numerum Astronomicam Sig. 7. gr. 25. 38'. 55''. ita effer, Septem signa completa, viginti qvinq; gradus completi, triginta octo minuta prima completa, qvinqvaginta qvinq; minuta secunda completa. Rursus oblatum verbis numerum Astronomicum, suis numeris & signaturis, exprimo, veluti: jubeor undecim gradus, qvadraginta octo minuta, octodecim secunda capricorni scribendo exprimere, ita ea noto 11°. 48' 18''. ♑. item Decem signa qvatuor gradus qvadraginta novem minuta prima, tredecim secunda completa, ita scribo. Sign 10. 4°. 49'. 13''. Et hæc est numeratio Astronomica in motibus, in qvantum pto usu harum Tabularum necessaria; Qvod non (ut denuo protester) propter Artifices; sed propter Tyrones & minus exercitatos, moneo.

Secundo. Astronomicè addere, est plures numeros specierum Astronomicarum sigillatim in unam summam colligere. Sicut in Vulgari Arithmetica mercatorum, in ea additione, qvâ diversæ monetarum species (floreni puta, grossi, crucigeri, oboli &c:) in unam summam colliguntur; ita & hic, duo reqviruntur, legitima scilicet numerorum juxta species homologas, collocatio, & summarum collectarum ad species reductio. Collocatio in eo consistit, ut numeri ejusdem signaturæ, mutuo sibi rectà supponantur, In Tempore; anni annis, dies diebus, horæ horis, minuta minutis, secunda secundis: In motu, Signa Signis, gradus gradibus, minuta minutis, secunda secundis: Si aliqva species defecerit, ejus loco eidem speciei ciphra subscribitur. Reductio fit divisione summæ collectæ, per eum numerum, qvi indicat, qvoties species proposita in seqvente specie continetur; & qvoti emergentis ad seqventem speciem additione. Ut in Tempore, species scrupulorum secundorum, continetur in specie scrupulorum primorum, 60gesies (60 enim secunda faciunt unum primum) ergo in operatione summa secundorum collecta, si 60 excesserit, per 60 dividitur, & qvotus numero scrupulorum primorum additur. Species scrupulorum primorum, seqvente specie nempe horarum continetur 60 gesies (60 enim scrupula prima faciunt unam horam) ergo summa eorum collecta per 60 dividenda. Species, horarum continetur in seqvente specie scilicet dierum vigesies qvater (24 n. horæ faciunt unum diem) ergo summa horarum collecta, si excesserit 24, per 24 dividenda, & qvotus speciei dierum addendus. Species dierum continetur in seqvente specie trecenties, sexagesies qvinquies (dies n. 365. faciunt unum annum) ergo numerus dierum, per 365. (si hunc numerum excesserit) dividatur; & qvotus speciei annorum addatur. In motus speciebus; secundorum summa iterum dividitur per 60, sicut in tempore, & fiunt in qvoto scrupula prima, primorum qvoq; scrupulorum summa per 60 dividitur, & fiunt in qvotiente gradus. Graduum vero summa per 30 dividitur, (30 enim gradus faciunt unum signum,) & qvotiens additur numeris speciei signorum. *Operatio vero* hæc est; ut numeris ad præscriptam rationem collocatis, subducatur linea, & in prima ad dextram posità specie incipiatur additio omnium numerorum vulgaris; & summa collecta per competentem sibi divisorem ut jam præcepi, dividatur, qvod remanet lineæ subscribatur, qvotus verò asservatur, & numeris seqv. speciei addatur. In motu qdē si ultima ad sinistrā posita species signa fuerint, & 12 excesserint, dividat: summa p 12, quod remanet p sign subscrib. quot9 vero, cuj9 null9 us9, rejicitur. *Exempl. Additionis specierū Temporis Lector hoc accipiat: proponuntur mihi hi numeri specierum temporis addendi sub literis A.B.C.D.E. A. ann: 3. dies 290. hor. 18. 50'. 39'', B. ann: 12. hor. 13. 29', C. ann. 6. dies 300. 21'. 53'', D. ann: 2. dies 132. hor. 9. 15'. 20'', E. dies 362. hor. 16. 55'. 28''. Hic primum colleo numerum sub lit. A, ōnib9 9 specieb9 superscribo suas signaturas, ann. Dies H. M. S. Hinc numeri sub lit: B, annos annis, horas horis, scrupula prima scrupulis primis, secunda, secundis subscribo, & qvia species dierum & scrupulor: secundorum deficit, subscribo utring; cyphram. Inde numeri C. Annos sub annis, dies sub diebus, minuta pr: sub minutis primis, secunda secundis, & qvoniam*

Typus Operationis.

	ann:	dies	hor.	I	II
A.	3,	290,	18.	50.	39.
B.	12.	0.	13,	29.	0,
C.	6.	300.	0,	21.	53.
D.	2,	132.	9.	15.	20.
E.	0,	362.	16.	55.	28
	25.	356,	10,	52.	20.

Species

ſpecies horarum deeſt, ſuppleo illam cyphrâ. Porro ſpecies numeri D. ſub ordino. Tandem etiam numeri E. dies diebus, & reliqvas ſpecies, reliqvis ſpeciebus ſubſcribo, & qvia annorum ſpecies deeſt; ſuppleo illam ſubſcriptâ cyphrâ; Numeris ſic ritè collocatis, incipio ad dextram, in prima ſpeie ſecundorum, colligo ſummam 140, quæ excedunt 60, ergo divido 140 per 60. & aquiro duo ſcrupula prima, remanentq; viginti, qvæ ſub lineam ſcribo, 2' aſſervo mente, ſequentis ſpeciei numeris addenda. Hinc pergo ad ſecundam ſpeciem ſcilicet ſcrupulorum primorum, & colligo ſummam, 170 ſcrupula prima, qvibus addo duo prius aſſervata fiuntq; 172 qvi per 60 diviſa, dant in qvotiente, 2 horas, aſſervandas pro ſpecie ſeqvente, remanentibus 52, qvæ lineæ ſubſcribo. Inde venio ad tertiam ſpeciem horarum, colligo ſummam 56. qvibus addo 2. præcedente operatione obtenta, ſiunt 58. Hæc cum 24 excedunt, divido per 24, dat iterum qvotiens 2. dies, aſſervandos ſpeciei ſeqventi, remanentq; 10, qvæ ſub lineâ pono. Dehinc pergo ad qvartam ſpeciem ſcilicet dierum, & colligo ſummam dierum 1084, his addo 2. de præcedente operatione, fiunt 1086, excedentes 365, divido ergo 1086 per 365, & dat qvotiens 2. annos, ſeqventis ſpeciei numeris aggregandos; remanentibus 356 diebus, quorum numerum lineæ ſubſcribo. Tandem ultimæ ſpeciei ſcilicet annorum numeros addo, ſummæ 23. annorum addo 2. antecedente operatione obortos, & fiunt 25. Tota igitur horum propoſitorum numerorum ſumma eſt ann: 25. dies 356. hor. 10 52' 20'' ut adjunctus Typus monſtrat.

Aliud Exemplum de addendis motuum ſpeciebus. Dentur ſex ſeries numerorum Aſtronomicorum ſub liter. A. B. C. D. E. F. Aſtronomicè addendi, habeatq; ſeries ſub A. Sig: 8. grad: 25. 20' 36'' ſub B. Sig: 2. 29° 30'' ſub C. Sig. 1. grad 23. 18' ſub D. Sig: 11. grad. 19. 42'. 58''. ſub E. gra. 2. 45' 8'' ſub F. 38'. 40''. pro legitimâ numerorum collocatione ita procedo: principiò ſcribo Signaturas ſpecierum motibus conſvetarum, Sig. gr. /. //. mox, primæ ſeriei A. ſingulis ſignaturis ſuos numeros ſubordino, ſcilicet Sign. 8 gradibus, 25 &c. Inde ſeriem B. eodem modo ſubſcribo, cuius cùm ſpecies grad. deficit, ſuppleo illam Zyphrâ. ſimiliter ſeriem C. in qva ſpecies ſcrupulorum diſideratur; etiam Zyphrâ ſuppleo. Hinc ſeriei D. omnes ſpecies adſcribo. Nec non ſeriei, E. cujus ſpecies Signorum deeſt, Zyphrâ ſupplenda. Tandem ſeriem F. cujus duæ ſpecies, graduum nempe & Signorum deſunt, Zyphrâ ſupplendæ adjungo, & lineam vel rectiùs lituram ſubduco. Ita ad operationem ritè collocati ſunt numeri. Incipio igitur ad dextram, in primâ ſpecie ſcrupulorum ſecundorum, & vulgari modo numeros addo, invenioq; Summam 142. hæc 60. excedit. Igitur illam per 60. divido, & acqviro in qvotiente, 2. ſcrupula prima ſeqventis ſpeciei numeris addenda, remanentibus 22. qvæ ſub lineam pono. Inde pergo ad ſeqventem ſpeciem ſcrpulorum primorum, & invenio ſummam collectam 192, qvibus addo 2. è præcedente operatione obortæ fiunt 194. hæc diviſa per 60. dant in qvotiente 3. gradus, ſeqventis ſpeciei numeris addendos, remanentq; 14 ſcrupula prima, qvæ lineæ ſubſcribo. Hinc promoveo ad ſeqventem ſpeciem ſcilicet graduum, numerosq; ejus in ſummam redigo, qvæ eſt 69. addo 3 è præcedente operatione emergentia, & fit ſumma 72. hæc per 30. diviſa facit in qvotiente 2. ſigna, quæ reſervo ſeqventi operationi, remanentibus 12. gradibus, qvos ſub lineam ſcribo. Et tandem ad ultimam ſpeciem ſcilicet Signorum me condo, qvæ ſub lineam ſcribo. Et tandem ad ultimam ſpeciem ſcilicet Signorum me condo, qvos

10. aufero è superiori 336., relinqvuntur, 326, infra lineam scribenda. Tantùm & in ultimâ specie scilicet annorum, inferiorem numerum 18. subtrabo è superiori 28 relinqvuntur 17. Ita fit series numerorum residua; ann. 17. dies 326. hor. 2. 8' 4''.

Aliud Exemplum in motibus. Denatur duæ series numerorum; Summaria qvidem: Sign. 8. 25°. 51'. 12''. Subtractoria verò Sign. 5. 9°. 12'. 5''. qveritur residua. Collocatis ritè numeris sub competentibus sibi signaturis, ut in Typo adiecto videre est, subductâq; lineâ, operatio in specie secundorum incipit, subtrahendo 5. à 12. remanent 7. infra lineam ponenda; inde in seqvente specie nempe scrupulorum primorum subtraho 12, ex 51, & 39. relicta infra lineam colloco. Inde pergo ad speciem graduum, & 9 ex 25 subtrabo, relicta 16. infra lineam scribo, tandem in ultimâ specie signerum 8 ex 8 subtraho, remanent 3 infra lineam collocanda. Ita fit series residua Sign. 3. 16°. 39'. 7'' ut in adscripto Typo apparet. Tantùm de primo casu, qvando scilicet omnes inferiores numeri minores sunt superioribus: Seqvuntur secundi casus exempla, qvando nimirum inferiores, vel in omnibus, vel in qvibusdam speciebus, majores sunt superioribus: tunc enim necessarió reqviritur, ut seqvens species unitate multetur, eaqve in propositæ speciei valorem resoluta, ejusdem numeris addatur, tunc enim facilis erit subtractio. Veluti denatur series specierum temporis, summaria qvidem; ann. 18. dies, 19. hor 23. 10' 20'', subtractoria vero ann. 5. dies 330. hor. 21. 58'. 39''. collocatis ritè numeris (ut monstratus typus adscriptus) & subductâ lineâ, tento subtractionem in specie secundorum, & video, qvod non succedit: non enim possum 39 à 20 subtrahere; tento in specie scrupulorum primorum, nec possum 58 à 10 subtrahere. In horarum specie succederet; sed mox in dierum specie non possum dies 330 è 19 dieb. subtrahere. In annorum specie iterum succedit; verum qvia in tribus speciebus, numeri subtractoria seriei majores sunt numeris seriei summaria; & hinc subtractio fieri non potest; opus esse video resolutione adjectoriâ: Incipio igitur in specie dierum, mutuans è seqvente specie annorum 1 annum ab 18. ut remaneant 17 anni, eum annum resolvo in dies 365, hos 19 diebus addo fiunt 384. Inde pergo ad speciem scrupulor: primorum mutuans è numero seqventis speciei horarum, 23 horam unam, ut remaneant horæ 22, illam horam mutuo acceptam, resolvo in 60 scrupula, eaq; addo illis 20 scrupulis, fiunt 70: tandem in specie scrupulorum secundorum, mutuor è scrupulis primis 70 scrupulum unum remanentq; 69. Illud scrupulum resolvo in 60 secunda, eaq; 20 secundis addo fiunt 80 secunda. Et fit series summaria resolutione & additione correcta ann. 17. dies 384. hor. 22. 69'. 80''. qvibus subscribo seriei subtractoriæ numeros homologos, subductâ lineâ, incipio subtrahere secunda 39 ab 80, residua sunt 41'', qvæ infra lineam scribo; Inde 58' subtrabo è 69 remanent 11'. qvæ similiter infra lineam pono: Hinc hor. 22. subtrahe è horis 22. remanent hora 1. pergo ulteriùs, & dies 330. auferò è diebus 384, remanent dies 54. Tandem annos 5. ex annis 17. & remanent anni 12; ut sit series residua ann. 12. dies 54. hor. 1. 11'. 41''. Aliud Exemplum in motibus. Dentur series specierum motuum: Summaria qvidem Sign. 3. 0°. 3'. 52''. Subtractoria vero Sign. 9. 24°. 20'. 31''. Primam colloco signaturas, & subscribo ordine singularum specierum numeros: Summariæ qvidem superiori; subtractoriæ verò inferiori loco, & lineam subduco. Incipio à secundis scrupulis, subtrahendo 31'', è 42'', remanent 11''. pergerem ultrà ad scrupula prima, prohibeor: non enim possum 20' subtrahere è 3'; ità in gradibus &

Typus operationis.

	Sign.	gr.	′.	″.
Summar.	8.	25.	51.	12.
Subtract.	5.	9.	12.	5.
Residua.	3.	16.	39.	7.

Typus operationis.

	ann.	dies.	hor.	′.	″.
Summar.	18.	19.	23.	10.	20.
Subtract.	5.	330.	21.	58.	39.
Summar. resol:	17.	384.	22.	69.	80.
Subtract:	5.	330.	21.	58.	39.
Residua.	12.	54.	1.	11.	41.

Typus in numeris resolutis.

	Sign.	gr.	′.	″.
Summ.	14.	29.	63.	42.
Subtr.	9.	24.	20.	31.
Residua.	5.	5.	43.	11.

signis

signis Subtractioni via intersepta est. Ergo resolutione adjectoriâ opus est; qvam seqvente ratione expedio: in ultimâ specie scilicet signorum, video Sig. 9. non posse subtrahi è Signis 3, mutuor ergo unum circulum, ut supra monui, hoc est Signa 12, eaq; Signis 3 addo, fiunt Signa 15. Deinde pergo ad graduum speciem, ubi 24° è 0 gradu auferre non possum, mutuor igitur unum Signum, è Signis 15, remanent Sign. 14. mutuo acceptum signum resolvo in 30°, eosq; 0. gradui addo; fiunt 30°. Porro qvia in specie scrupulorum, 20', à 3'. auferre non possum, mutuo accipio unum gradum, ex illis 30°. & remanent 29°. illum mutuò acceptum, resolvo in 60, eaq; addo 3'. fiunt 63', & sic omnes species jam redactæ sunt ad majores numeros & facillima est subtractio. 31''. ablata è 42'' secundis relinqvunt 11''. Ita 20' ablata à 63. relinqvunt 43', & 24°, subtracti à 29 gradibus, relinqvunt 5 gradus. Tandem Sign. 9 ablata è Signis 14, relinqvunt Sign. 5, Ita fit series residua, qvam qværebamus Sign. 5, 5°. 43', 11''. Atq; hæc via Tyronibus est tutissima, qvousq; sine cortice natare non possunt; dum in exercitatos Logistas evadant, qvi solâ mente, qvamvis speciem reducunt, sine ullâ ambage. Et tantum de Subtractione. Seqvitur Multiplicatio cujus tractationem plenariam hic non scripsi; Sed ea tantùm, qvæ Lectori pro usu Tabularum cognitu necessaria sunt, delibo. Est igitur.

Qvartò Astronomice Multiplicare nihil aliud, qvàm duarum specierum numeris in se invicem ductis, tertiam, sive qvæsitam numerorum seriem, beneficio Tabulæ Sexagenariæ, in species Sexagenarias jam reductam producere; ejusq; tàm numeralem valorem æstimare; qvam speciei, & signaturarum varietatem exprimere. Convenit hæc Astronomica Multiplicatio cum vulgari in multis; in nonnullis diversa est. Primo, sicut in vulgari, duo dantur numeri, qvorum major, & superiori loco collocandus, vocatur multiplicandus; minor, & inferiori loco ponendus, multiplicans; & tertius ignotus qværitur: Ita & hic dantur duæ specierum Astronomicarum series, qvarum major, & superiori loco collocanda commodè vocatur multiplicanda; minor, & inferiori loco ponenda, multiplicans; qværiturq; tertia series, ex operatione postmodum emergens. Secundo qvod in vulgari multiplicatione præcipitur, ut plurium figurarum numeri ita collocentur, ut ad dextram prima inferioris figura, sub prima superioris, secunda sub secunda &c: collocentur: Idem etiam cum speciebus Astronomicis fit, ut dextrorsum species cujuscunq; signaturæ, aut denominationis fuerint, rectà sibi invicem subordinentur. Tertiò, sicut in vulgari multiplicatione à dextrâ incipiendo, omnes inferioris sive multiplicantis numeri figuræ, in omnes & singulas superioris, sive multiplicandi figuras, sigillatim ducuntur; primæq productorum figuræ sub primis Multiplicantis figuris, scribuntur, & finistrorsùm operando pergitur: Ita qvoq; in Astronomicâ multiplicatione, incipiendo à dextrâ, omnes & singulæ inferioris seriei spec. sigillatim in omnes, & singulas superioris seriei ducuntur productiq; sicuti in vulgari subscribuntur. Qvartò, ut in vulgari multiplicatione, omnia producta in unam summam colliguntur; Ita & hic additione Astronomicâ, summa omnium colligitur. Discrepant verò cùm in hoc, qvod in vulgari simplices solummodo numerorum figuræ, in simplices figuras ductæ, etiam simplices numerorum figuras producunt; In Astronomicâ vero, integræ numerorum Astronomicarum species in integras species ductæ numeros in sexagenarias species jam reductos, producunt: tum verò numeri emergentis specie, qvam vulgaris non attendit, Astronomicæ vero primaria curatio est, de numerorum emergentium specie, & signaturâ, sine qvibus frustrà est omnis operatio. Nec negligenda est illa utriusqve ab invicem discrepantia, qvod in vulgari numerus emergens semper major est multiplicando; In Astronomicâ vero sæpiùs minor. Verum anteqvam operationi nos accingamus, è re Lectoris Astrophili erit, Tabulæ Sexagenariæ, & formam, indolem, & usum, utendiqve modum, optimè perspectos habere, sine qvâ

multiplicatio Astronomica, aut planè non, aut certè labore incredibili absolvitur. Vocatur vero ista Tabula Artificibus Sexagenaria, à fractionibus sexagesimarum; solent enim Logistæ unum Totum, sive gradus, sive dies, sive hora sit, commodioris calculi gratia, in 60 partes dividere, qvas scrupula 1. vocant. Unum tale scrupulum primũ in 60 secunda. Unum secundum in 60 tertia. Unum Tertium in 60 quarta. Sic in infinitum. Ut ita unum scrupulum quartum sit, $\frac{1}{60}$. unius scrupuli tertij. Unum tertium $\frac{1}{60}$. unius secundi. Unum secundum $\frac{1}{60}$ unius primi. Unum primum $\frac{1}{60}$ Unius integri &c. Ab hâc igitur continuâ fractione in partes sexagesimas, tabula vocatur sexagenaria. Hanc porro Logistæ eam ob causam construxerunt, ut devitarent difficillimum laborem, multiplicationis & divisionis vulgaris, in singulis alioqvin numerorum multiplicationibus, necessariò exantlandum, & subinde repetendum. *Verbi gratia si absq; canone jubear 39″ in 41″ multiplicare, cogor, hos numeros more vulgari, in se mutuò multiplicare, fiet summa 1599, qvæ, cum 60 excedunt, per 60 dividenda erit, & emergunt in qvotiente 26, remanentq; 39; (qvi sane labor in repetitione multarum specierum, foret difficillimus.) Erunt igitur species ista Astronomicæ, 26″. 39‴. ut postea manifestum erit. Hos numeros, Tabula Sexagenaria sine ulla multiplicatione & divisione, statim exhibet confectos, si modo in ejus parte Triangulari, 39 in fronte, in margine dextro 41 qvæsivero. Concursus enim columnæ cujus index 39 cum linea cujus index 41, dat 26. 39.* Simile judicium esto de omnibus aliis numeris: ut igitur vulgariter multiplicandi & dividendi molestiam, simul & semel tollerent, omnes & singulos numeros, ab unitate ad 60; in omnes & singulos, ab unitate ad 60 numeros, seorsim multiplicarunt, & divisione 60genaria in certas species redactos, in dictam Tabulam congesserunt, qvæ eam ob causam necessariò facta est triqvetra, in qvâ Frons decliviter aliqvantò descendens, 60 columnas; Margo vero 60. lineas, efformat. Eam qvoqve libenter in ista △lari forma exhibuissem: nisi forma anguista papyri obstetisset, cujus culpa factum est, ut hoc Tabulæ Triqvetrum secaretur, nempe in Trapezium A.B.C.D. & in Triqvetrum E.F.G. Trapeziũ, inferiori loco chartæ positum, est. Prima pars, continens 30 colnmnas, Tabulæ priores, qvarum indices sunt numeri frontis, majusculis characteribus (1.2.3.4. &c: usq; 30.) decliviter à sinistra ad dextram descendentes, qvibꝰ in calce iidem prorsus respondent. Margo sinister 60 habet lineas, ab 1. ad 60, ordine descendentes; Margo dexter 31; à 30 ad 60, ordine descendentes; prima columna 60, secunda 59, tertia 58, &c. (sic ordine decrescentibus numeris) lineas habet. Inservit hæc pars multiplicationi illorum numerorum, qvorum vel uterqve, vel alteruter, minor est 30. Triqvetrum, superiori chartæ loco positũ, est secunda Tabulæ pars, continens 30 ejus columnas posteriores, qvarum indices in fronte transversim ab 31 in 60, majusculo charactere expressi, à dextra versus sinistram ordine procedunt. Margo vero ad dextram solummodo a 31 ad 60, ordine ascendit. Prima ejus columna 30, secunda 29, tertia 28, &c. (sic ordine numeris decrescentibus) lineas habet. Utimurqve hac parte, in multiplicandis Astronomicè iis numeris, qvorum uterq; excedit 30. Atq; hæc puto Lectori scire sufficient, de formâ & indole hujus Tabulæ.

Modus v. utendi, is est, ut oblatis duobus qvibuscunq; cujuscunq; speciei, numeris Logisticis, si ambo aut alteruter, minor 30 fuerit; Trapeziũ, sive prior Tab. pars consulatur: sin v. uterq; 30 excesserit; Triqvetrum s. secundæ Tabulæ pars introcatur, semper minorẽ in fronte, vel (si Trapezium ingressus, fueris etiam in ejus calce) majorem semper in margine qværendo, & communis concursus qvæsitum s. emergentem prodit, in species suas Logisticas redactum. *Veluti, dentur 49 multiplicandi per 19, qværitur emergens. Hic qvia 19 minor est 30, statim video consulendum esse Trapezium, in cujus fronte declivi, vel si placet in calce quæro 19, in margine dextro vel sinistro 49. & dat concursꝰ colum. & hujꝰ linea 15. 31. numerũ in spec. Logisticas jam redactum. Cujꝰ vero signat, sint, paulò post exponã. Similiter dentur 57; multiplic. per 43. Hic qvia uterq; excedit 30; indicio sunt consulendã esse secundã Tab. pariẽ, scilicet Triangularẽ. Qvæsitis igitur 43′ in fronte, & 57 in marg. dextro ascendẽtibꝰ communis angulus dat 40. 51. numerum qvæsitum, in species jam redactum.* Hâcq; & non

non alia ratione omnes propositi numeri in se multiplicantur, eorum valor numeralis inqviritur, nihilq; amplius restat, qvàm ut species, earumq; Signaturæ inveniantur; id qvod factu est facillimum, modò Lector diligenter signaturas singularum specierum, tàm serici multiplicandæ, qvam multiplicantis attenderit. Cùm enim in toto hoc opere, non aliæ ad multiplicandum dentur numerorũ species, qvam hæ tres: primò integrũ (sive dies s. hora s. grad. sit) cujus nota, sive signatura est Zyphra, vel ut vulgò vocatur nulla (0) secundò, scrupula prima, qvorum signatura est apex, (′) tertiò scrupula secunda, qvorum signatura sunt duo apices (″) sequitur ultrò, non posse plures species in serie emergente dari summùm hisce 5. integr: ′. ″. ‴. ⁗. Nam regula de his hìc usitata universalis est; multiplicandi & multiplicantis signaturas semper addendas esse, ut habeatur signatura, & species emergentis, ad dextram posita; qvà uno apice, ea qvæ ad sinistram ponitur, semper minor est. Et hinc multiplicatis secundis in secunda, fit species emergens dextra scrupulor: 4torum, qvia duo apices duobus additi faciunt 4: qvibus uno apice minor est species sinistra; Multiplicatis scrupulis secundis in prima, species emergentis dextra fit tertiorum; sinistra secundorum; qvia duo apices additi ad unum apicem, faciunt 3. secunda multiplicata in integra, faciunt in dextra specie secunda, in sinistra, prima, duobus n. apicibꝰ nulla addita, facit 2. vide appositã synopsin. Veluti in superiori exemplo, in qvo dabantur 49, multiplicanda in 19, & producebantur 15. 31. duar. specierum, valor numeralis, qværitur de Signaturâ: dico, si uterq; fuerit numerus secundorum, 31 esse scrupula secunda. Integra multiplicata in (integra,) faciunt (integra sexagen. 4ta; 15 vero tertia, ita scribendo 15‴. 31′ⱽ. Si vero alteruter erit secundorum, alter integrorum, 31 erunt secunda, 15 prima; ita notanda: 15′. 31″. Rursus si alteruter primorum, alter integrorum 31 essent prima, 15 integra, Ita notanda 15°. 31′. Tandem si uterq; integrorum, producerentur integra, & Sexagenæ primæ integrorum, ita notandæ 15′ 31°. Hoc generaliter de omnibus & singulis intelligendum est. Et sic non tantum Tabulæ Sexagenariæ beneficio facillime emergentis valor numeralis inqviritur: sed etiam species, & signatura eâdem facilitate determinatur; & sequitur felix operatio, sequenti modo instituenda. Primo recte collocentur numerorũ species, earumq; signaturæ. Oblatis enim duabus numerorum Astronomicorum seriebus, etsi cuilibet integrum est, alterutram libet pro multiplicandâ super: loco collocare; præstat, tamen, si inæqvales sunt, eam, quæ aut plures species habet; aut majoris valoris numeralis est, superiori loco ponere, singulasq; species, suis signaturis superscriptis exprimere. Huic statim subscribatur inferior, seu altera series minor, sive multiplicans, ita qvidem, ut prima ejus, ad dextram posita species, directè priori speciei superioris, secunda, secundæ. &c: superscriptis qvoq; suis cujusq; signaturis respondeat; subducaturq; linea transversa. Secundo, primæ sive dextræ figuræ tam superioris; qvàm inferioris signaturæ invicem addantur, summaq; signatura priori spec, infra lineam directè subscribatur, ea quippe est, quæ seriei è multiplicatione emergentis, primæ seu dextræ speciei characterem notificat: quæ in sequentibus semper uno apice minuitur. Subscribanturq; hac ratione futuræ seriei emergenti omnes signaturæ infra lineam. Tertio, numeris & signaturis sic ritè collocatis, incipienda est multiplicatio in primis à dextra figuris, qvarũ minor semp. in frõte Tabulæ Sexagenariæ, major in margine quæritur, & dat lineæ & columnæ communis concursus, valorem numeralem, in species reductum, scribiturq; dextra ejus numeri species sub primam signaturam, secunda sub sequente. Inde prima inferioris seriei species, in secundam superioris, eodem modo ducitur, & valor numeralis in species redactus competentibus signaturis subscribitur: ita pergendo, usq; ad ultimam superioris speciem: quo absoluto, si inferior plures spec: habuerit, singulæ per omnes & singulas superioris spec. ducendæ sunt, & valor numeralis emergens competentibus signat. subscribatur. Qvartò, omnes dictâ ratione

				ad dextr. ad sinistr.
Scrupula secunda multiplicata in	secunda	faciunt	4ta	tertia
	prima		3tia	secunda
	integra		2da	prima
Scrupula prima multiplicata in	prima	faciunt	2da	prima
	integra		prima	integra

ſubſcripti numeri addantur Aſtronomicè, ut ſupra monſtratum eſt, Et ſit ſumma ſ. ſeries qvæſita. *Exempli gratia. Detur numerus multiplicandus 2. gr: 32 min: 28 ſecunda, & multiplicans 32. min. 49. ſec: Collocentur igitur primò numeri cum ſuis ſignaturis hac ratione: Et ſubductâ lineâ, primorum ad dextram poſitorum numerorum, ſignatura addantur; ' ad " fiunt IV atq; hæc primo loco ſub linea collocentur & continuè minuantur unitate ordine retrogrado, nimirũ ut primo loco IV, ſecũdo ''', tertio '', qvarto ', & qvinto o, collocentur. Numeris ſic ritè diſpoſitis, incipio operationem, ducendo 49'', primam ſpeciem numeri inferioris, in 28'', primam ſpeciem ſuperioris, qværendo 28 in fronte Trapezij, & 49. in margine dextro; & invenio 22. 52. qvorum ſignatura ex regulâ ſupra traditâ, eſt: ''' & IV, ſunt nimirum 52 ſcrupula 4ta, 22 tertia. Hæc igitur ſub ſignaturis, infra lineam poſitis, colloco, nempe 52. ſub IV, 22. vero ſub '''; Pergo ulterius, & duco 49'' in ſecundam ſuperioris ſpeciem, ſcilicet 32. minuta, qværendo in Triangulari Tabula Sexagenaria parte, 32 in fronte, & 49 in margine dextro, & invenio 26, 8, qvorum ſignatura eſt 26'' 8'''. (ſi enim ', addidero'' fiunt ''') valent igitur 8 minuta tertia, 26 vero ſecunda. Hosq; characteres ſingulos ſub ſuis ſignaturis ſcribo. Tandem 49'' in tertiam ſuperioris ſpeciem duco, ſcilicet in 2 gradus, qværendo 2. in fronte Trapezii, 49. vero in margine ſiniſtro, & invenio 1, 38. qverum ſignatura, è ſuperiori regulâ eſt, ' & '', ſunt igitur 38 ſcrupula ſecunda, 1 vero ſcrupulum primum. Eò ſic primam inferioris ſpeciem, per omnes & ſingulas ſpecies ſuperioris duxi: reſtat ſecunda inferioris ſpecies, ſcilicet, 32 ſcrupula prima, eodem plane modo, in ſingulas ſuperioris numeri ſpecies ſigillatim ducenda. Incipio igitur à prima ſuperioris ſpecie ſcilicet 28'', in eaq; duco 32', qværendo in Trapezio Tabula 28 in fronte, 32 in margine dextro, & invenio 14. 56, ſuntq; illa 56. ſcrupula tertia, 14 vero ſcrupula ſec., qvæ ſub ſignaturis ſuis colloco. Duco porrò 32', in ſecundam ſuperioris ſpeciem, nempe 32' qværendo in Triangulari Tabula parte 32, in fronte, & reliqva 32 in margine dextro Tabula, & invenio 17. 4, ſuntq; è regula ſuperiùs tradita, 4 ſcrupula ſecunda, 17. vero ſcrupula prima qvæ omnia ſub ſuis ſignaturis colloco. Et tandem 32' in tertiam ſuperioris ſpeciem ſcilicet 2 gradus duco, qværendo in Trapezio 2 in fronte, & 32 in margine ſiniſtro. Et invenio 1, 4, ſuntq; 4 ſcrupula prima, 1, vero unus gradus, ſive unum integrum; hæc omnia ritè colloco, 4 ſub ſignatura ſcrupulorum primorum, 1, vero ſub ſignaturâ integrorum. Qvibus peractis, addo Aſtronomicè omnes omnium ſpecierum numeros, ut ſupra in additione oſtenſum eſt. Ut ſumma emergens omniũ fiat 1°. 23'. 23'' 26'''. 52'v. Tantus nimirum fit numerus Aſtronomicus, ſi duo integra, & unius integri 32. ſcrupula prima, 28 ſcrupula ſecunda, multiplicata fuerint, in 32 ſcrupula prima, 49. ſecunda.* Atq; hac ratione multiplicatio Aſtronomica abſolvitur, in omnibus & ſingulis, qvotquot occurrere poſſunt, exemplis qvæ ſi Tyroni primo auſu difficilia & ardua viſa fuerint; factis & repetitis aliqvoties experimentis, planiſſima & facilia brevi reddentur. Et Tantum de multiplicatione Aſtronomicâ dixiſſe ſufficiat.

	2.° 32'. 28''
	32'. 49''
	0. I. II. III. IV.

Typus operationis.

			2°.	32'.	28''
				32'.	49''
0.	I.	II.	III.	IV	
				22.	52
			26.	8	
		1.	38		
			14.	56	
		17.	4		
	1.	4			
1.	23.	23.	26.	52	

Qvinto & ultimò Aſtronomicè DIVIDERE, eſt aliqvam ſeriem ſpecierum Aſtronomicarum per aliam ſeriem partire; vel ſignificantius; eſt invenire eam numerorum ſeriem, qvæ in diviſoriam multiplicata, tantam producit ſummam, qvanta eſt dividenda propoſita. Sicut in vulgari diviſione, duo dantur numeri, qvorum major dividendus, minor diviſor dicitur, & tertius qvi vocatur qvotiens, qværitur: Ita in ſeriebus numerorum Aſtronomicorum, dantur etiam duæ, dividenda ſcilicet, & diviſoria, qværiturq; tertia, qvotiens dicta; hoc obſervato diſcrimine, qvod in vulgari, dividendus ſemper major eſt diviſore; in Aſtron. vero, ſeries dividenda, qvoad numeralem valorem, ſæpiùs minor eſt diviſoriâ. Collocatur vero ſeries dividenda ſuperiori, diviſoria inferiori loco, addun-

addũturq; ſuperiori verſùs ſiniſtram, aliqvot numerorũ ſeries, Ziphra ſolummodo occupatæ, idq; propter neceſſariam operationis repetitionem, qvæ alioqvin expiraret. Ut ſi propoſita fuerit ſeries diviſoria hæc, 29'. 32''; addo ad hæc duas ſeries, tertiorum ſcilicet & qvartorum, ſic 29', 32''. 0'''. 0'v. Sicut multiplicatio Aſtronomica ſine Tabulâ Sexagenariâ difficillima futura eſſet: Ita longè adhuc difficilior, & ferè impoſſibilis fieret diviſio, niſi dicta Tabula opem ferret. Id quod Lector experiri poterit in magnis numerorum ſeriebus. Verum quia in his Tabulis ſeries dividenda rariſſimè tres: diviſoria ad ſummum duas numerorum ſpecies continet: facilior etiam eſt operatio, ſeqventi hoc modo inſtituenda. Primò, ſeries dividenda ſuperiori loco ſcribatur c. ſuis ſignaturis, eiqs propter operationis repetitionem, una vel altera ſpecies, qvas cyphræ ſolummodo occupant, ad dextram adjungantur. Secundo, ſeriei diviſoriæ primus ad ſiniſtram numerus cum priori ſuperioris conferatur, an minor, vel major ſit? ſi enim minor, & in ſuperiori ſemel aut aliqvoties contineatur, ſtatim ſub primo numero poni poteſt: ſin vero major, retrahendus eſt ad locum antecedentem, & si plures ſpecies continet, qvælibet ordine ſubſcribatur. Et ſic bene collocati erunt numeri. Tertiò, numerum diviſoris, vel in fronte, vel in margine Tabulæ Sexagenariæ qvære, & in ejus linea vel columnâ, ſpecies & valorem dividendæ ſupraſcriptæ, vel proximè minorem; Tum vel frons, vel margo ſtatim manifeſtabit numerum quæsitum, ſive qvotientem, poſt erectam lineam ſcribendum. Quarto, quotiens ſtatim in totum diviſorem id eſt in omnes ejus ſpecies Aſtronomicè multiplicetur, & ſumma, ut ſupra traditum eſt colligatur. Eaq; è dividendæ numeris & ſpeciebus ſubtrahatur, Et quod reliqvum eſt, infra ſcribatur. Qvintò promoveatur diviſor, & repetatur idem prorſus proceſſus, qui ab initio adhibitus eſt. Et acquiritur alia ſpecies qvotientis. Exempli gratia. *Detur ſeries dividenda 1° 32'. 29'', Diviſoria vero 34'. 3''. id eſt, unus gradus, 32. ſcrupula prima, 29. ſcrupula ſecunda, dividi debent per 34. ſcrupula prima, 3. ſecunda. Hic primo feriei dividendæ addo ad dextram tres ſpecies, ſcilicet ſcrupulor: tertiorum qvartorum, & qvintorum, Cyphrâ occupatas. Et qvia diviſoria primus, ad ſiniſtram numerus 34, in 1. haberi non poteſt; colloco ea 34 diviſoris, ſub 32 dividendæ, 3. verò ſub 29, Et lineam ſubduco. His conſtitutis, cum 34 primo ſcilicet diviſoris numero, ingredior Tabulam Sexagenariam qværendo eum in margine ſiniſtro, & in ea linea qværo, ſub qvâ columnâ inveniantur, vel 1. 32. ſuper ſcriptus numerus, vel eo proxime in eâ linea minor? & video qvod in tertia columna ſint 1. 42. qvæ ſuperant 1. 32. In Secunda vero, 1. 8. proximè in ea linea minorem dato. Ergo index frontis hujus columnæ, ſcilicet 2. eſt ipſe qvotiens qvæſitus. Hunc qvotientem Aſtronomicè multiplico in utramq; ſpeciem diviſoris, & acqviro ſummam 1. 8. 6, ſubtrahoq; 6, è 29, 8. vero è 32, 1 ex 1, & remanent 24. 23. Et peracta eſt prima operatio. Pro ſecunda operatione, per lineam demiſſam aliam ſpeciem cyphrâ notatam adjungo, ut ſint 23'. 24''. 0'''. ponoq; diviſoris ſiniſtræ ſpeciei numerum 34. ſub 23''. 3'. vero ſub 0''', & qværendo 34 in ſuperiori fronte, & in ea columna deſcendendo qværo 24. 23, aut eo aliqvanto minorem, & invenio 23. 48, qvibus in margine dextro reſpondet index hujus linea 42', ipſe qvotiens ſecundus. Is in diviſoris ſpecies ductus, facit ſummam 23. 50. 6, ſubtrahoq; 6. è. 0, remanent 54, 50 vero ſubtraho è 23, remanent 32, &c. ut reſiduum ſit 32''. 54''', illis denuò jungo aliam ſpeciem numero caſſam ſcilicet 0'v, ut ſint 32''. 54'''. 0'v. & diviſoris numerum ſiniſtrum 34 pono ſub 54''', 3, verò ſub 0'v; qværendo 34. in fronte, deſcendendo in ea columnâ dum paulo minorem 32. 54. inveniam, nempe 32.*

0.	I.	II.	III.	IV.	V.	
1.	32.	29.	0,	0.	0,	
		34'.	3''.			2,
		0.	6			
1.	8					
1.	8.	6				
		24.	23.	0		
			34.	3		42
			2.	6		
		23.	48			
		23	50.	6		
			32.	54'	0	
				34.	3	57
				2.	51	
			32.	28		
			32.	30.	51	
				23.	9	0
				34.	3	40

Typus operationis.

pe 32. 28, Cui in margine suus index respondet 57. Ipse quotiens tertius quæsitus, qui multiplicatus in divisorem, summam facit 32. 30. 51 subtrahenda è 32. 54. 0. & remanent 23''' 9'v. quibus jungatur 0v ut sint 23'''. 9'v. 0v. pro quartâ igitur & ultimâ operatione, 34 pono sub 9, 3 verò sub 0v, & in fronte quærendo 34, descendo in eâ columnâ dum inveniam 22. 40, cujus index in margine 40, ipse quotus quartus, & ultimo quæsitus; ut ita series quæsita, sive quotiens, sit 2. 42. 57. 40, cujus signatura adhuc ignoratur. Fuit olim hoc negotium, ita intricatum & perplexum, tantisque ambagibus propositum, ut plurima ingenia alioquin satis commoda deterreret. Quod tamen sequenti ratione, fit facillimum. In prima operatione quando divisoris sinistra species ritè sub divi-dendi specie collocata est, consideretur diligenter, quot apicibus signaturâ dividendi vel major vel minor sit signatura divisoris. Tot enim apicibus signaturâ primi Quotientis major, vel minor erit integro sive (0) juxta distichon antiquum:

Quantò sectus erit majorve minorve secante;
Est tanto quotiens integritate suâ.

Ut in nostri Exempli primâ operatione, collocabantur 34' divisoris, sub 32' dividendi: cum igitur 32'. signatura, æqualis sit signaturæ 34', evidens est, signaturam quotientis, æqualem esse signaturæ integri, id est (0) habitaq; signaturâ primi quotientis, reliqui quotientes continue minuantur uno apice. Hinc 2. inquotiente valent integra duo, 42 scrupula prima &c: Quotiens hac ratione signetur 2°. 42'. 57''. 40'''. Ultimò hic notandum est, si absolutâ aliquâ operatione, residuum tantum non fuerit, ut divisor in eo haberi posset; tunc in operatione illâ, in quotiente poni cyphram, & divisorem ulterius promoveri; sicut etiam in vulgari divisione monemur. Et tantum de divisione Astronomicâ usitatâ, adeoque de primario requisito Lectoris. Secundarium est, ut beneficio Tabulæ sinuum, Triangulum resolvere valeat. De quo primum caput primæ partis agit.

Caput I.

DE USU TABULARUM PRIMÆ PARTIS.

Prima primæ partis Tabula, contenta Pagina 3.4.&5. vocatur Tabula Sinuum scrupularum. Quia ad quina quadrantis scrupula prima, exhibet, quantitatem sinuum, in eâ proportione, quâ radius sive semidiameter circuli ponitur 60'. 0'', id est 60 scrupulorum. Quid sint sinus, non est hujus loci longis ambagibus demonstrare, petat definitionem, qui vult, à geometris. (Breviter: Sinus sunt lineæ rectæ, intra quadrantem circuli, à fine alicujus arcus circumferentiæ inceptæ, & radio erecto parallelè, in radium vero transversum, perpendiculariter ductæ, radio proportionales. Sinus versus vero alicujus arcus est portio radij quadrantis transversi, à circumferentiâ incepta, & terminata in eo puncto, quo ejus arcus sinus rectus, in dictum radium incidit. Continetur hæc Tabula undecim sectionibus, & aliquot adhuc lineis. Quælibet sectio duos habet margines, sinistrum quidem, graduum & scrupulorú primi octantis, naturali ordine descendentium: dextrum verò graduum & scrupulorum ultimi octantis, (scilicet à 45°, ad 90°.) ordine ascendentium, quorum numeri in quâlibet lineâ, simul sumpti, faciunt quadrantem circuli sive 90° Ita ut alteruter, alterius semper sit complementum ad quadrantem: Et duas columnas, ipsos sinus scrupulares, numeris logisticis s. Astronomicis exprimentes. Estque sinistra columna marginis sinistri, dextra vero marginis dextri. Et hinc facilè cuilibet proposito arcui, suus sinus scrupularis excerpitur. *Ut si detur arcus 20° 45'. quæraturq; ejus sinus scrupularis? ingredior pag: 4, sectionem secundam, in cujo margine sinistro invenio datum arcum, cui in suâ columnâ respondent 21'. 15''. verus sinus scrupularis. Sic, si detur arcus 69°. 15'. quæraturq; ejus sinus scrupularis; invenio in ejusdem sectionis margine dextro, eum numerum, in gradibus Et scrupulis, cui respondet in dextra columnâ 56'.*

mnâ 56'. 0'', competens sinus scrupularis. Vice versa, si detur sinus scrupularis, quæraturq; arcus competens; non minus facilis est excerptio: quæruntur enim data scrupula in columnis, & in margine statim proditur arcus quæsitus. Veluti, detur sinus scrupularis 33'. 38'' & quæritur arcus competens. Quæsitus hic sinus per columnas paginæ 5. sectione prima, occurrit proxime; ibi enim inveniuntur 33'. 37''. quibus in margine sinistro respondent 34°. 5', & quia sequens linea tàm marginis quàm columnæ per 5. differunt, erit arcus quæsitus 34°. 6'. Et ita facillimè cuivis arcui suus sinus scrupularis rectus, & vice versâ, cuilibet sinui recto, suus arcus, excerpitur. Si vero de sinibus versis quæstio inciderit, non minus facile ii excerpuntur, hac sequente ratione: Dati arcus complementi sinum quære, eumq; è 60'. 0'' subtrahe, & acquires sinum versum quæsitum. *Ut si detur arcus 47°. 20', quæraturq; ejus sinus versus; quæro pag: 5 in marginibus ascendentibus, dum 47°. 20', inveniam, cujus complementi, scilicet 42°. 40', sinus scrupularis adscriptus est 40'40'', hæc subducta è 60'. 0'', relinquunt 19'. 20'' sinũ versum quæsitũ. Rursus si detur sinus versus, & quæratur arcus; subtraho sinum versum datum è 60'. 0'', quod remanet, quæsitum in columnis, ut sinus rectus, manifestabit arcum, cujus complementũ è transverso adstans, est arcus quæsitus. Veluti, detur sinus versus 6'. 2''. & quæratur arcus competens? Subtraho igitur, 6'. 2'', è 60', 0'', & relinquuntur 53'. 58'', hæc in columnis quæsita, inveniuntur ad 64°. 5', cujus complementum ex adverso in margine sinistro est 25°. 55', tantus quippe est arcus, qui sinum versum 6'. 2'', habet.* Hæc de modo excerpendi sufficiant. Sequitur Usus. Is vero tantus, tam communis, & universalis est, quàm Tabulæ sinuum aliarum Tabularum; hoc tantum discrimine, quod vulgares sinus, vulgari modo multiplicando & dividendo tractantur: hi verò beneficio Tabulæ Sexagenariæ, Logisticè. Omnia nimirum Triangula, tam rectilinea, quam Sphærica, ejus ope solvi possunt: Id quod prolixè monstrari posset, nisi à Temporis, & suscepti negotii ratione, excluderer. Pro usu mearum Tabularum hæc sufficient, ut propter parallaxium & refractionum discretionem, Eclipsiumq; Solarium enucleationem, Lector per unicam vel multiplicationem, vel divisionem Logisticam, in Triangulo rectangulo proposito, partem quæsitam eruat, cujus rei passim exempla occurrent. *Veluti detur in Eclipsi Δlum rectangulum rectilineum, in quo præter angulum rectum, latus maximum s. angulo recto oppositum, 31'. 24'', & minimum, scilicet latitudo visa 8', 30'' concessa sunt, quæriturq; minori lateri oppositus angulus. Talis igitur instituatur analogia, quæ est ratio lateris maximi 31', 24'' ad sinum totum sc: 60' 0'', ea est ratio lateris minoris 8' 30'', ad quartum quæsitum. Hic quia 60 neq; dividunt neq; multiplicant; dividuntur statim 8' 30'', vel numerus tertio loco regulæ positus per 31. 24. numerum primo regulæ loco positum, proveniunt 16' 14½''. Hæc in Tabula sinuum scrupulorum quæsita, ostendunt arcum computentem, qui est quæsiti anguli mensura 15°. 42½', cujus complementum, est alter angulus acutus 74°. 17½'. Ut ita in proposito Δlo, 5. partes, latus scilicet maximum, & minimum, & omnes tres anguli innotescunt, restetq; solum latus medium, sequenti analogia investigandum. Quæ est ratio sinus scrupularis Totius sc. 60'. 0'' ad sibi oppositum latus 31'. 24'', Ea est ratio sinus anguli 74°. 17½', scilicet 57', 45½''., ad sibi oppositum latus quæsitum. Hic quia 60', priori regulæ loco ponuntur, quæ non dividunt, sufficiet, 57'. 45½'', per 31'. 24'', multiplicare, & producere 30'. 14'', latus medium quæsitum. Sic in Triangulo Sphærico rectangulo, quod circulus verticalis, horizon, & Ecliptica, vel interdum orbita Lunæ, mutuâ coincidentiâ formant, Datis præter angulum rectum (hunc verticalis ad horizontem incidens, semper & perpetuò format:) angulo puncti orientis, vel occidentis, & latere angulo recto opposito, scilicet distantiâ Solis, vel Lunæ, à puncto oriente, vel occidente, quæriturq; altitudo Solis, vel Lunæ, ab horizonte; scilicet latus angulo orientis vel occidentis oppositum. Hâc analogiâ facile acquiritur: Sicut se habet sinus totus 60'. 0'', ad sinum arcus distantiæ Solis vel Lunæ, à puncto oriente, vel occidente. Ita se habet sinus anguli orientis, ad sinum lateris sibi oppositi, sive altitudinis quæ-*

nis quæsita. Hinc cum sinus totus, priori regulæ loco positus, nihil dividit; sufficiet, sinum anguli orientis, in sinum distantiæ multiplicare, qvod enim inde emergit, est sinus altitudinis quæsitæ. Veluti, detur angulus orbitæ Lunæ cum horizonte 48° 25′, & distantia ☽næ à puncto oriente, 63°. 15′, quæraturq; altitudo Lunæ supra horizontem. Utriq; igitur arcui suum sinũ quæro, & invenio pro arcu 48°. 25′. 44′. 53″, pro 63°. 15′, 53′ 35″. Hi duo sinũ in se mutuò multiplicati, faciunt 40′ 5.″ sinum altitudinis quæsitæ, cui respondet arcus 41°. 55′, Tanta in hoc situ est altitudo Lunæ. Primarium vero usum hæc Tabula præstat, in determinandâ parallaxi longitudinis, ad qvemcunq; Lunæ situm. Inter omnes enim curas uranicas, qvas durante labore exhausi, non postrema hæc fuit, ut funditùs perplexam illam intricationem parallaxium, plurima alioqvin præclara ingenia, difficultatibus, non levipendendis, remorantem, vel planè deterrentem, è fundo Astronomico tollerem. In qvem finem, parte tertiâ à sol: 238, in fol 247, susceptus est mihi labor, parallaxes in longum & latum jam discretas, exhibendi; idq; universaliter, ad omnes Totius Mundi Elevationes; parallaxis qvidem longitudinis quæ ibi excerpitur, in solo horizonte valet, eaq; propter, beneficio Tabulæ sinuum scrupularium, ad qvemvis ☽næ situm, facilè & feliciter reducitur, hac analogia: Quæ est ratio sinus scrupularis Totius 60′. 0″, ad longitudinis parallaxin è Tabula suâ erutam; ea est ratio sinus scrupularis distantiæ ☽næ à Nonagesimo, ad parallaxin longitudinis, accuratissimè in eò ☽næ situ determinatam. Cumq; 60′ nihil dividunt, sinus scrupularis distantiæ, in paralaxin longitudinis solummodo multiplicatur. Exempli gratia, *Detur è Tertiâ parte, pag. 244. sub angulo orientis 31°, & parallaxi ☽næ Totali, 61′. 40″ parallaxis in longum & latum discreta; latitudinis qvidem 52′. 51″; longitudinis ut tituli monent, 31′ 45″, Latitudinis qvidem parallaxis, ad omnem Lunæ situm, sub tali angulo orientis, accurata est. Longitudinis vero, ☽na in horizonte constitutâ solummodo valet. Jam si ☽na removeatur à Nonagesimo 53°. 45′, qværaturq; vera & accurata parallaxis longitudinis: Tunc sinum scrupularem hujus distantiæ, scilicet 48′, 23″, multiplico in parallaxin longitudinis prius iuventam, 32′. 45″, Et emergunt, rejectis tertiis & quartis, 25′ 30″ parallaxis longitudinis accurratissima.* Atq; hâc facillimâ ratione, ope hujꝰ Tabulæ, arduum hoc parallaxium negotium absolvitur, sine ullis ambagibꝰ sine ullâ Triangulorum solutione, & aliis difficultatibꝰ, ad lapsum pronis, vulgarem modum aliâs concomitantibus. Et tantum de usu Tabulæ sinuum scrupularium rectorum, qvantus huic meo operi necessarius est. Sinuum vero versorum, qvamvis amplissimus aliqꝰ sit usus, non solummodò in omnibus librationibus in diametrum, ut vulgò vocatur [& hinc qvomodo in Tabulis Rudolphinis pleræq; æqvationum partes computatæ sint, ostendi posset;] sed etiam in omni motu naturali, ſ. sit in extensione, & diminutione qvantitatis; sive sit in alteratione qvalitatum; deniq; in latione de loco, ad locum: in determinandâ vera ubiq; proportione, jucundissimis speculationibus monstrari posset; jubet tamen suscepti negotii ratio vela contrahere, & hæc commodiori loco & tempori reservare. Unicum hoc moneo, ope sinuum versorum, posse qvamlibet partem hæmisphæriorum in planum projici, & hinc genuinæ phases planetarum exhiberi, de quibus postmodum parte secundâ monebo.

CAPUT II.

DE USU TABULÆ RECTANGULI PARVI.

Hanc Tabulam Rectanguli parvi voco, eò qvod parvi Trianguli, cujus maximum latus 50′ non multum excedit, omnia tria latera complectitur: qvorum maximum, & recto angulo oppositum continet area; crurum verò rectum angulum includentium, alterum frons, alterum margo habet. Etsi vero specialis ejus

ejus usus est in Eclipsium computo, ac proinde potius ad partem tertiam referenda videtur, quam ad primam; Verum, qvia in parvis planetarum à se invicem, & à fixis distantiis obsservatis, pro determinandâ, cùm longitudinis tum latitudinis differentiâ, plurimum præstat; rejeci eam huc, qvasi in frontispicium Tabularum. Modus excerpendi, pro diversis datis, etiam variat; primo enim, si utrumq; crus circa rectum offeratur, cum altero frons, cum reliqvo margo, consulatur; & videatur, ad qvem numerum (non neglectâ correctione per partem proportionalem si minutis secunda adhæserint) columna è fronte, & linea è margine concurrant. Is enim numerus est latus maximum. *Veluti detur crus minus 8 minutorum, maius 15 minutor, & qværitur latus hujus △li maximum; Qvæsitis 8 in fronte, & 15 in margine, communis concursus dat 17′ 0″, latus maximum. Sed si data fuissent, latus minus 8′. 30″, & majus 15′. 10″, cum integris numeris 8 & 15, erue 17′. 0″, quæ asservo; & qvia in ea linea sequens numerus sub 9. è fronte, habet 17. 30, dico, 1 minutum primum ſ. 60 secunda, dant 30, increm. qvantum, dabunt 30″ meis 8 minutis adhærentia? facit 15″, qvæ 17′ prius extractis addo, ut fiant 17′ 15″; Sequentis vero lineæ numerus 53 secundis augetur, cum exhibeat 17. 53. Dico igitur 1′, sive 60″. marginis, dant in areâ 53″, qvantum dabunt 10″? facit 9″ ferè, qvæ etiam addo, ut fiat latus maximum correctum 17′ 24″.* Secundo detur alterutrum crurum, & latus maximum (Hic casus in Eclipsi semper occurrit, ubi latitudo, ut crus rectanguli; & summa semidiametrorum obscurantis, & obscurandi, ut latus maximum dantur; qværuntur q; scrupula casus) in hoc casu, crus, vel in fronte vel in margine, qværo, latus vero maximum in area, non neglectâ correctione; si cruris minutis etiam secunda adhæserint; ostendet Tabula vel in fronte, vel in margine crus alterum qvæsitum, *Veluti detur crus 20′. 0″, & latus maximum 31′. 20″, qværiturq; crus alterum. Qvæsitus 20 in fronte, transversim descendente; descendo in ea columna, dum 31′ 20″ inveniam: Invenio proxime minorem numerum 31. 14, cui in margine respondet 24, pro crure altero qvæsito. Verum qvia latus maximum non præcisè inventum est; restant adhuc 6″, qvibus pars sua proportionalis debetur, videoq; sequentem lineam 32′ 1″, differre per 47″; Ita crus alterum corrigo, & dico 47″ area, dant in margine unum minutum ſ. 60″, qvantum dabunt mea 6″ residua? & proveniunt 8″, ita ut crus alterum correctum, sit 24′. 8″.* Si vero cruri dato secunda adhæserint, numerus in area prius corrigendus erit, & postmodum cum latere maximo comparandus, ut hâc ratione genuinus numerus cruris alterius extrahi possit, *Veluti detur, ut prius, latus maximum 31′ 20″, crus 20′ 40″, qvæsitis 20 in fronte, descendo in ea columna ad numerum proxime minorem 31. 14, cui in margine respondet 24. Verum qvia minutis frontis 40″ adhærent; & sub 21 ejusdem lineæ numerus scilicet 31′. 53″ per 39″, crescit; ita areæ numerum prius corrigo, & dico: 1, minutum sive 60″ frontis, dant 39″ areæ; qvantum dabunt 40″ adhærentia? facit 26″, qvæ addita 31. 14, faciunt 31′. 40″. At latus maximum, solummodo 31′ 20″ est superſunt 20″: Video igitur crus alterum non posse habere 24′. 0″, neq; in area numerum 31′, 14″ sed præcedentem 30′. 29″, cui in margine 23′ respondent fuisse corrigendum; Si enim huic 27″ qvæ 40″ frontis debentur, addidero, efficio 31′ 56″, qvæ à latere maximo 31′ 20″ superantur 24″: Cumq; in area inter hanc & sequentem lineam differentia sit 45″, dico 45″ area, dant in margine 1 minutum ſ. 60″; qvantum dant mea 24 residua? facit 32″. ita crus alterum correctissimum erit 23′ 32″.* Atq; ad hunc modum feliciſſimè omnia, qvotqvot occurrere possunt, exempla expediuntur. Tertio, si alterutrum vel utrumq; datorum laterum 50′ excesserint, ac proinde in Tabula hac non inveniantur, qvid in hoc casu incipiam? Respondeo; utrumq; datorum homologâ ratione, vel in 2. 3. 4. 5. partes, pro re nata, divide; hac enim ratione, beneficio parallelismi, ipsum Triangulum, in parvum Triangulum dividitur. His partibus ita ad minores numeros redactis, qvære tertii lateris partem, qvam postea per eundem numerum multiplica, qvo prius latera divisisti, & ita obtinebis latus qvæsitum. Exempli gratia; *Detur distantia Planetæ ab alio Planeta vel fixa 1°. 36′, detur*

tur qvoq; è calculo accuratiori differentia latitudinis, ut crus alterum circa rectum, 45' quæraturq; alterum crus, scilicet differentia longitudinis. Distantia observata semper est latus maximum, angulo recto oppositum. Quæ cum sit 96 scrupulorum, excedit maximum numerum Tabulæ; diviso igitur utroq; latere, per duo, minus erit 22'. 30", maximum 48'. 0", ex his in margine eruo 42'. 24", quæ per 2 multiplicata, faciunt 84'. 48", id est 1°. 24'. 48", differentiam longitudinis quæsitam. Idem provenisset, si latera per 3 divisa fuissent, ita ut crus 15, latus maximum 32' tenuisset, ex his enim crus alterum eruitur 28'. 16", hæc per tria multiplicata, faciunt 84' 48", Aliud Exemplum *in Astronomiâ Danicâ pag: 327 occurrit. Ibi enim refert Longomontanus, quod distantiam centrorum ♀ris & ♀rii 2½. gr. id est 2 gr. 24 min. observaverit, differentias q; tàm latitudinis, quàm longitudinis fuisse fere æquales. Hic notandum est; solum latus maximum hic dari, & videri impossibilem investigationem crurum; verum quia sibi ferè æqualia invenit crura, facile inveniuntur hac ratione. Latus maximum 2°. 24'. id est 144'. divide per 4, & invenies 36. hæc in proximâ sub frontis numero lineâ quære, & invenies, ubi 25 è fronte, & 25 è margine concurrunt 35. 21 numerum proxime minorem, qui à meis 36' 0", deficit 39". Ubi vero 26 frontis, & 26 marginis concurrunt, invenio 36'. 46" numerum majorem per 46": hi duo numeri areales differunt invicem per 85', dico igitur 85 areæ dant in fronte & margine 1 minutum s. 60"; quantum dabunt 39". facit 27½, quæ addita 25 minutis, faciunt 25'. 27½", quartam unius cujusq; cruris; ea per 4 multiplicata, producunt 101'. 50", id est 1°. 41'. 50", tanta quippe futura erat & longitudinis, & latitudinis differentia. Verum de hoc observato in secundâ parte plura agam.*

CAPUT III.

DE USU TABULÆ DECLINATIONUM.

Declinatio vocatur distantia ab æqvatore, vel versus Boream, vel versus Austrum. Continet vero hæc Tabula primò, & per se, declinationem punctorum Ecliptice ab Æqvatore, reductivè vero etiam aliorum ad 10 gradus, latitudinem ab Ecliptica habentium punctorum, s. planetæ sint, s fixæ. In fronte hujus Tabulæ sunt 6 Signa denominativa ♈. ♉. ♊. ♎. ♏. ♐, in calce reliqva 6, ♋. ♌. ♍. ♑. ♒. ♓. In margine sinistro, ut supra monitum est, gradus ordine descendentes, sunt Signorum in fronte positorum. Qvi vero in margine dextro ordine ascendunt, sunt signorum in calce positorum. Area 3, sectiones habet, & qvælibet sectio tres columnas, qvaternis signis sufficientes, qvarum prima ipsam declinationem in gradibus, scrupulis primis & secundis: secunda incrementum, vel partem proportionalem, in 10 scrupulis (scilicet graduum in marginibus positorum.) Tertia deniq; pro punctis latitudinem habentibus infra 10 grdus, exhibet etiam partem proportionalem uni gradui latitudinis competentem. Hanc ut exprimeret Regiomontanus, constituxit Tabulam prolixam, 6 integra folia longam ut videre est, in Tabulis directionum. Cuilibet signo etiam adscriptus est Titulus Bor: Austr, monens Lectorem Boreane vel Australis sit declinatio? qvæ cum illo Signo extrahitur. *Duo hic casus occurrunt, vel enim aliqvod Ecliptice punctum, sive Sol in eo existens proponitur, & qværitur ejus declinatio. Vel proponitur planeta, sive fixa secundum longitudinem ejus declinatio.* Vel *proponitur planeta, sive fixa secundum longitudinem certo Ecliptice puncto existens, atq; Latitudinem ab Ecliptică (sed qvæ 10 gradus non excedat) habens; qværiturq; ejus declinatio.* In priori casu modus excerpendi hic est: propositum signũ, vel in fronte, vel in calce qværatur, gradus vero in alterutro marginum, in sinistro qvidem si signum in fronte; in dextro vero, si signum in calce Tabulæ repertum fuerit: Et communis concursus dat declinationem qvæsitam. Qvæ utrum borealis, vel australis sit, Titulus Signo adscriptus manifestat: *Veluti dentur 21 gradus ♒. qværaturq; ejus declinatio, s. distantia ab Æqvatore. Signum ♒ ad mediam sectionem in calce invenitur, habens Titulum Austral: monens, declinationem esse*

esse versus Austrum s. meridiem; gradum 21 qværo in margine dextro, è cujus regione, in media sectionis primâ columnâ respondet 14°. 32'. 53", ipsa declinatio qvæsita australis. Centrum qvippe Solis in fine 21° ♒ existens, distat ab æqvatore versus meridiem 14°. 32'. 53". Si vero integris gradibus etiam scrupula adhæserint; extrahe è Secunda columna numerum adscriptum, qvi in fronte Tabulæ Titulum gerit, incrementum in 10 scrupulis; in calce 0, decrementum in 10 scrupulis; In eum tua scrupula multiplica, & rejecta ultima cyphra, accquires scrupula secunda, divisione per 60 redigenda in scrupula prima, qvæ declinationi per gradum extractæ adduntur, si signum in fronte; subtrahuntur, si signum in calce repertum fuerit. Veluti si in nostro Exemplo datus fuisset 21 gradus & 24 minuta ♒; extraxissem ut prius, declinationem australem 14°. 32'. 53", sed propter adherentia minuta corrigendam. & Secunda igitur columna numerum 194, utpote inter meum & sequentem gradum differentiam in 10 scrupulis exprimentem extrabo, in eumq; 24 scrupula adhærenti multiplico, & produco 4656, & rejectâ ultimâ cyphrâ 466 qvæ Secunda scrupula valent, divisione per 60 redigenda in scrupula prima, ut fiant 7'. 46"; hæc qvia signum in calce repertum est subtraho ex declinatione prius reperta & remanent 14°. 25'. 7", correctissima declinatio qvæsita. In secundo casu ita declinatio extrahitur & corrigitur, sicut in primo. Verum propter latitudinem, è tertia columna extrahitur pars proportionalis uni gradui competens, in eamq; data latitudo multiplicatur & qvod provenit, additur declinationi, si declinatio & latitudo ejusdem tituli fuerint! subtrahitur vero minor à majori, si diversæ denominationis fuerint, & resíduo, Titulus) majoris adscribitur. *Exempli gratiâ. Sit ♂ in 5° ♈, habens latitudinem 5°. 29', meridionalem, qværiturq; ejus declinatio? Qvæsito signo ♈ in fronte, & 5 gradibus in margine sinistro, communis concursus ostendit 1°. 59'. 37" boreæ latitudinis, sicut Titulus bor: monet. Sed qvia latitudinem meridionalem habet 5°. 29', extraho è tertia columna 55'. 4", partem proportionalem uni gradui competentem, in eamq; Astronomicè datam latitudinem multiplico, & produco 5°. 1'. 46", versus meridiem, qvia latitudo est meridionalis. Hic qvia Tituli sunt contrarii inventa declinatio, ab hac parte proportionali ut majori, subtrahitur, & reliqvuntur 3°. 2'. 9", qvibus titulus majoris, sc: meridionalis additur. Habuit igitur ♂ declinationem 3°. 2'. 9", qvamvis* 19/29 *in Signo boreali secundum longitudinem versaretur. Id accidit Anno CHRISTI 1625 Augusti.* Usus declinationis & si varius est, præcipuè tamen ad indagandam alicujus loci elevationem poli, feliciter adhibetur. Observata enim instrumentis idoneis, altitudine alicujus stellæ ab horizonte, in ipso meridiano constitutæ, cujus declinatio nota est, facillime habetur altitudo æqvatoris ejus loci, in qvo stella observata est; si nimirum declinationem boream, ab observata altitudine subtrahas; meridionalem, ad observatam altitudinem addas, utroq; enim modo æqvatoris altitudo emergit, cujus complementum ad qvadrantem, est altitudo poli qvæsita. *Veluti, nota sit ex hac Tabula, alicujus Stellæ declinatio borea 21 grad. 24', observaturq; alicubi in ipso meridiano alta ab horizonte 62°. 45', qværitur altitudo poli ejus loci? Subtrahe ergo declinationem, qvia borea, ab altitudine observatâ, reliqvuntur 41°. 24 altitudo æqvatoris, cujus complementum 48°. 36', est altitudo poli qvæsita.* Aliud Exemplum, *si qvis Martem è superiori exemplo, declinationem meridionalem 3°. 2' habentem in meridiano alicubi observasset altum ab horizonte 42°. 50', addita igitur declinationem qvia meridionalis, ad altitudinem observatam, fit summa 50. 52 altitudo æqvatoris; cujus complementum 39° 8', esset vera poli altitudo loci, qvo observatio facta erat.* Est etiam insignis usus declinationum Solis, in indaganda Vero ejus loco in Ecliptica. Si nimirum sub notâ altitudine æqvatoris, Solis in meridiano constituti altitudo idoneis instrumentis capitur, earumq; differentia qvæ est ipsa declinatio, eruitur, ea in Tabulam Declinationum immissa, reciprocè, signum gradum & scrupulum, longitudinis Solis manifestat. *Veluti sit in aliqvo loco altitudo æqvatoris observata & justa*

vero gradus continet. MODUS excerpendi facilis est: proposito n. aliqvo puncto Eclipticæ, qvod vel centrum Solis per meridianum transiens, tunc occupat; vel qvod per se meridianum tunc stringit, si de arcu culminis æqvatorei in tempus converso qværitur; ingredior cum signo in fronte, cum gradu in margine (non neglectâ correctione) & ostendit concursus in area tempus qvæsitum. *Veluti, detur centrum Solis occupans 22°. ♏, transiens per meridianũ, & qværatur arcus culminis æqvatoris in tempus conversus: qvæsito signo ♏ in fronte, & 22°. in margine sinistro, communis concursus dat hor. 15. 18'. 16'', arcum conversum qvæsitum,* hoc est; *ab eo temporis momento, qvo æqvinoctium vernum meridianum pertransiit, usq; dum centrum Solis in 22°. ♏ nis existens, eundem meridianum stringeret, effluxerunt 15. hor. 18'. 16'',* si vero (ut plerumqve fieri solet,) non solum gradus in margine dentur, sed etiam scrupula gradibus adhærentia; tunc pro correctione excerpitur è secunda columnâ numerus 10 minutis respondens, in qvem minuta adhærentia multiplicantur, & resecta ultima cyphrâ, emergunt scrupula temporis secunda, divisione per 60 (si opus fuerit) redigenda in primam; atqve pars proportionalis ita inventa, semper additur tempori per propositum gr. extracto, ut fiat correctissimum. *Veluti si in nostro exemplo, 22. gradibus ♏ adhæsissent scrupula 38, ea in 41 qvæ in columnula ad propositum gradum adscripta sunt, multiplicata producerem, 1558, & resecta ultima zyphra, remanent 155 pro qvibus, qvia 8, excedunt 5, accipio 156, qvæ sunt secunda Temporis; hæc qvia 60 excedunt, divisione per 60 rediguntur in prima, fiuntq; 2', 36'', addenda ad tempus prius extractum, h. 15. 18' 16'', & fit tempus correctissimum hor 15. 20', 52''.* Vice versa, *si propositus fuerit arcus culm: æqvatorei in tempus conversus, & qværitur signum, gradus &c. Ecliptica, huic arcui correspondens. Tunc ingressu facto in aream, si ibi præcisè inventus fuerit arcus, Signum in fronte, & gradus in margine, qvæsitum, statim præstant:* Sin v. præcisè non inveniatur; tunc cum proximè minori, signum & gradus excerpuntur, residua minuta multiplicantur per 60, & adjectâ ad finem cyphrâ, dividantur per numerum in columnulâ adscriptum, & emergunt in qvotiente scrupula, gradui prius extracto adjicienda. Exempli gratiâ. *Detur arcus culminis Æqvatorei in Tempus conversus h. 8. 57'. 55'', & qværitur punctum Ecliptica meridianum tum stringens; ingredior igitur fol. 14 Tabulam, & invenio hos numeros præcise positos, illis in fronte signum ♌, in margine 12. gr. respondent; Ergo 12 gr. ♌nis est is, qvem qvæsivimus. Si vero talis numerus propositus fuisset h. 8. 59' 59'' qvem præcisè non invenio; cum proxime minori, hor. 8. 57' 55'', extracto 12° ♌. Postea differentiam 2' 4'', multiplicatione per 60, redigo in scrupula secunda 124, iis addo in fine cyphram, ut fiant 1240, qvæ per numerum in columnula adscriptum 40, divido, & proveniunt in qvotientè 31. Ut ita correctum sit punctum Ecliptica 12°. 31' ♌nis* In hac Tabula diligenter sese exerceant Tyrones Artis, utpote cujus magnus usus in his Tabulis, tàm in hac prima, qvam in Tertia parte. Seqventis vero capitis usus plane nullus esset, sine hujus interventu.

CAPUT VI.

DE USU TABULARUM PUNCTI, ET ANGULI ORIENTIS, AMPLISSIMO: QVOMODO SCILICET, AD QVODVIS PROPOSITUM TEMPUS, GRADUS ORIENS, ET EJUS ANGULUS INQVIRANTUR?

Modernum Astronomiæ exercitium, tam in calculo situationis cœli in sua domicilia; In arduo negotio discernendi refractiones, & parallaxes in longum & latum; in inventione horarii visibilis Lunæ; in determinatione Eclipsium Solis generaliter respectu totius Terrarum Orbis, consideratarum: qvàm in variis observationibus macularum, puta, Solarium & Lunarium; variâq; habitudine siderum ad invicem, ratione longitudinis & latitudinis investigandâ; reqvirit expeditum aliqvem modum, sub qvâvis Elevatione poli, ad qvodvis Temporis propositum momentum, indagan-

dagandi, *qvis gradus, cujusq; Signi oriatur? & consequenter, qvis nonagesimus gradus Ecliptica, ab eo puncto retro numeratus? nec non qvantum Ecliptica angulum in dicto puncto cum proposito horizonte faciat?* idq; efficiendum est, Tabulis non prolixis, & multa evolutione tædiosis; sed mole parvis, & verè prochiris, ponderè vacantibus. Qvod ut effectum darem, per se qvidem in nostro hæmisphærio boreo, reductivè vero etiam in australi, novas prorsus, compendiosissimas, & hactenus (qvantum scio) inusitatas Tabulas, prodendi puncti orientis, ad binos s. alternos Elevationis poli borei gradus, incipiendo ab Æqvatore s. 0. gr; & pergendo, usq; ad 72 gradum Elevationis poli, construxi, numero 36. Qvarum beneficio qvivis in qvacunq; infra 72 gr. poli elevatione, in utroq; hæmisphærio punctum orientis, qvasi nullo negotio, venabitur, ut statim patebit. Hisce tractu transverso, subjunxi Tabulam qvantitatis anguli orientis, ad singulos poli borei altitudinum gradus, de qvâ postea ordine agam. Omnes porro 36 Tabulæ puncti orientis, unius planè & ejusdem sunt formæ. Frontes nimirum gestant titulum & numerum graduum Altitudinis polaris; secundo Signa denominativa, ♈. ♉. ♊. &c. tertio signaturas, scilicet hor. & min. numerorũ in aream positorum. In margine sinistro sunt gradus signorum in fronte positorum. Numeri vero in area sunt arcus culminis æqvatorei: in tempus versi, alterati ad modulum & normam Ascensionum obliqvarum, ejus Altitudinis. *Ut, si sub qvâvis poli altitudine dati alicujus puncti ascensionem obliqvam in tempus converteris, huicq; tempori perpetuo 6 horas subtraxeris; semper proveniat numerus in area positus. Sicut videre est, sub Elevatione poli borei 54°. ibi 21° ♊, Ascensionem obliqvam habet 45°, qvi in tempus conversi dant 3 hor. 0'; Ab his 6 horas subtrahere non possum, nisi integram diem s. 24 hor. mutuo acceptas, iis addidero, ut fiant 27 hor. 0'; ab his subtracta 6 hora 0' relinqvunt 21 hor. 0': atq; hunc numerum mea qvoq; tabula, sub Elevatione poli 54 ad dictum 21° ♊ exhibet.* Hæc obiter Lector de constructione harum Tabularum noter. Hæc vero forma, ut mole minima, ita effectu valida, & compendiosissima est. Notabit etiam hoc obiter Lector, me numerum horarum, ut qvæ tardè mutantur, non in singulis lineis, ad singulos gradus; sed solummodo ubi incipiunt, & finiuntur; item, ad initia, & finem signorum, expressisse; in reliqvis vero semper sub intelligi numerum ejus horæ, qvæ proximè datum numerum præcedit.

TABULA ANGULI ORIENTIS, qvæ propter suam prolixitatem, & chartæ angustiam & brevitatem, nullum alium commodiorem situm, qvam transversum, respectu libri aperti obtinere potuit, qvinq; habet partes; 1. frontem. 2. calcem. 3 marginem sinistrum. 4 marginem dextrum, 5. ipsam aream, continentem gradus & uncias graduum, qvibus qvantitas dicti anguli exprimitur. Et ita disposita est, ut ad singulas libri aperturas; binis suprascriptis Tabulis puncti orientis, infra qvaternæ columnæ anguli respondeant, qvô non solum gradibus Elevationis poli alternis, ad qvos superiores Tabulæ extructæ sunt; sed ipsis, earumq; intermediis hæ columnæ qvadrarent. Frons gradus altitudinis poli borei continet, (eosdem & calx subscriptos gestat,) & titulum ante 66½ austral: eo ipso Lectorem monens, angulum horizontis cum Ecliptica, versus austrum formari, vel qvod eòdem recidit, nonagesimum à puncto verticali versus austrum vergere, valentqve hi tituli in primis 23½ gradibus Elevationis poli, tantisper, dum qvilibet in sua columna tandem mutatur in boreum. Post 66½, Titulus australis omittitur, & ejus loco scribitur (infra) qvod Lectorem admonet, angulum orientis infra horizontem formari, & nonagesimum sub horizontem deprimi; tantisper, dum in eâdem columna denuo inveniatur (supra) idem pag. 54 & 55 adscriptis titulis inculcatur. Præter hos titulos, Frons gerit signaturas has: o & unc: denotantes, cujus speciei sint numeri in area contenti. Signatura o, more Astronomis consveto, gradum significat; & omnes huic signaturæ subscripti numeri, de

notant gradus: Signatura vero unc: cui literæ subjunguntur, significat partes assis, sive uncias, unius gradus: Cum vero pro felici & expedito usu Tabularum, scrupulosiori hujus anguli mensurâ non indigeant Astronomi, sufficere visum est, minuta gradibus adhærentia per propinqvas uncias determinari: uncias verò per has literas, v. s. q. t. n. ss. p. b. d. c. e. repræsentari. Earum valorem ut Lector in faciliorem usum trahere possit, subjungam Tabellulam hanc, qvæ in prima linea signaturam; in Secunda, nomenclaturam; in tertia, valorem in fractionibus communibus; in qvarta, valorem in minutis sexagenariis, exponit: ut.

Signatura	*v*	*ſ*	*q*	*t*	*n*	*ſs*	*p*	*b*	*d*	*c*	*e*
Nomenclatura.	*uncia.* 1. unc.	*ſextans.* 2. unciæ.	*qvadrãs* 3. unciæ.	*Triens.* 4. unciæ.	*qncunx* 5. unciæ.	*ſemiſſis.* 6. unciæ	*ſeptũx.* 7 unciæ.	*Bes.* 8. unciæ.	*dodrãs.* 9. unciæ.	*decunx.* 10. unciæ	*deunx.* 11. unciæ.
Valor in fractionibus communibus.	1/12	1/6	1/4	1/3	5/12	1/2	7/12	2/3	3/4	5/6	11/12
Valor in minutis sexagenariis.	5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55

In eâ ad discat Lector è qvâlibet signaturâ primæ lineæ, valorem numeralem in inferiori subscriptâ expeditè exprimere; ut, si occurrat litera t; ei subscribuntur 20': si occurrat d; ei subscribuntur, 45': pro. t igitur; efferat & scribat viginti scrupula, pro d. qvadraginta qvinq; scrupula, &c: hæc de fronte. Margines ubiq; sunt duo; siniſter, in qvo signa borealia denominativa ♈. ♉. ♊. ♋. ♌. ♍. my. ad saltũ ternorũ graduum, ordine descendunt: & dexter in qvo signa denominativa meridionalia ♎. ♏. ♐. ♑. ♒. ♓. per eosdem graduum saltus, ordine ascendunt. Utriq; tam siniſtro qvam dextro margini communis est area, qvantitatem anguli orientis qvæsiti, graduum numero, & unciarum signaturis, exprimens. Hæc, puto, descriptio tabularum puncti & anguli orientis, Lectori pro informatione sufficiet; seqvitur jam modus utendi.

Primò qvidem, Tabulis puncti Orientis, qvi hoc brevi problemate absolvitur. *Dato arcu culminis æqvatorei in tempus converſo, qvantocunq; ; datâq; poli altitudine; datur punctum Eclipticæ ſub ea elevatione poli oriens.* Tempus datum qvære in tabulâ datæ poli altitudini respondente; & ostendit Frons signum, Margo verò gradum ejus signi completum, tunc orientem. Exempli gratia: *Detur ſub altitudine poli* 54°, *arcus culmin. æqvator: in tempus converſus* 22 *hor.* 45', *& qværitur punctum oriens. Ingredior igitur pag.* 43, *Tabulam Puncti orientis, ſub altitudine poli* 54. *gr. qværoq; tempus datum* 22 *hor.* 45'; *Idq; invenio præciſe in qvartâ columna; huic in fronte ſignum* ♌. *reſpondet, in margine* 15°; *dico igitur, 22 horis* 45' *elapſis, ab eo temporis momento, qvo æqvinoctium vernum meridianum pertranſit, ſub latitudinè* 54°, *oriri* 15° *Cancri.* Verum si tempus in Tabula præciſe non inveniatur, tunc eum proximo minore, signum & gradus extrahitur; differentiaq; minoris, à dato, per modum fractionis, pro numeratore; differentia vero inter proxime minorem & majorem, pro denominatore fractionis, ponantur; & gradui extracto annectantur. Veluti *detur ſub eâdem elevatione poli* 54°, *Arcus culmin: Æqvatorei in tempus converſus* 4 *hor.* 11', *qværiturq; punctum oriens: qvæſitum hoc tempus, in area Tabulæ non invenitur præciſè, ſed proximè minus* 4 *hor.* 8 *min. qvibus in fronte ſignum* ♍, *in margine* 11°: *reſpondet; Oritur igitur tunc, virginis gradus* 11, *& aliqvid amplius, qvod, qvantum ſit? hac ratione æſtimatur: ſubtrahe minoris numeri minuta* 8, *à tuis* 11, *remanent* 3. *ſubtrahe qvoq; minoris minuta* 8, *à proximè majoris minutis* 14, *remanent* 6. *ut fractio ſit tres ſexta, ſive ſemiſis: dico igitur* 11° 30' ♍ *tunc oriri.* Verum qværet Lector, cum Tabulæ puncti orientis, non ad singulos Altitudinis poli gradus; sed solummodo alternos extructæ sint, qvid tunc faciendum, si de loco, cujus Elevatio præciſe non habetur,

habetur, in Tabulis qvæstio fuerit instituta? Respondeo, duplici ingressu opus esse, nimirum, in Tabulam datâ Elevatione tàm minorem, qvàm majorem, & ex utraq; extrahendum punctum Oriens: Postmodum minor à majori subtrahitur, & differentia in medio ponitur, Primo vero loco semper duo gradus sive 120 minuta; Tertio tandem loco, differentia, qvâ minor Elevatio in Tabulis reperta, a datâ differt: & operatione rite institutâ, provenit pars proportionalis, vel addenda, vel subtrahenda, pro re natâ. In Exemplum *detur Elevatio poli* 51° 20', *& arcus culmin. Æqvat: in tempus verſus,* 4. *hor.* 18', *qværitur punctum oriens. Hic qvia* 51°. 20' *Elevationis poli in Tabulæ non reperiuntur, ſed dictus numerus inter* 50 *&* 52 *gradum cadit; in utraq; Tabula punctum oriens inqvirendum eſt. Ingredere igitur pag* 41, *ſub Elevat:* 50°, *cum* 4 *hor.* 18' *aream, & invenies (correctis corrigendis)* 11° *&* 2 *duas tertias, id eſt* 40' my*nis. Iisdem horis & minutis, conſule etiam Tabulam pag.* 42, *ſub altitudine poli* 52°. *& (correct: corrigend:) extrahes* 12° *& unam ſextam, id eſt* 10' my, *ut differentia ſit* 30'. *Hinc talem inſtituo analogiam: differentia inter* 50° *&* 52°, *id eſt* 2°, *ſive* 120 *minuta, dant incrementum* 30', *qvantum dabunt* 1°. 20', *id eſt* 80 *ſcrupula, qvibus propoſita Elevatio minorem ſuperat? facit* 20'; *qvæ hic addita ad punctum oriens, è Tabula ſub* 50° *extractum, ſcilicet* 11°. 40', *faciunt* 12° 0' my, *qvod eſt punctum oriens qvæſitum.* Atq; hac ratione, ad qvaſcunq; Poli Altitudines, qvaſi nullo negotio, invenitur punctum Orientis, qvod Astrologi Horoscopum vocant. Vice versâ dato puncto Oriente, sub data altitudine poli; datur arcus culmin: Æqvatorei in tempus converſus, denotans, scilicet, qvot horæ & horarum minuta, ab eo temporis momento, qvo æqvinoctium verum meridianum pertranſivit, ad propositum tempus effluxerint: Nimirum, si cum dato ſigno Frontem, cum gradu Marginem Tabulæ, sub datâ Elevatione poli ingressus fueris; tunc communis concursus in area, dat arcum culminis æqvatorei, in tempus converſum, qvi qværebatur. Veluti *detur ſub Elevatione poli* 42°. *punctum Oriens* 28 ♐, *qværiturq; qvantus eo momento ſit arcus culmin: æqvatorei in tempus converſus? Ergo pag* 37, *ſub Elevatione* 42°. *qværo ſignum* ♐ *in Fronte, in Margine verò* 28°. *& dat communis concurſus,* 13 *hor.* 24', *arcum culminis æqvatorei in tempus converſum.* Si gradibus puncti orientis minuta adhæreant, tempus in area, more usitato, pro illis corrigendum est.

Idem excerpendi modus est in Tabula anguli orientis, (pro qvo indagando, duo ut nota dantur; Elevatio poli, & gradus Eclipticæ oriens) qværitur enim Elevatio poli in Fronte, signum vero & terni ejus Signi gradus, in margine; vel siniſtro, si signum est septentrionale; dextro vero, si Signum est Australe (non neglectâ si opus fuerit correctione,) & communis lineæ & columnæ concursus, ostendet anguli qvæsiti qvantitatem in gradibus & unciis graduum. Exempli gratia, *detur Elevatio poli* 52°, *& gradus oriens* 27° ♊, *qvæſitis pag.* 42 *in Tabula tranſverſali,* 52° *in fronte, &* 27 ♊ *in margine ſiniſtro; dat angulus communis* 29°. *& literam ſs, qvæ ſemiſſem unius gradus ſ.* 30 *ſcrupula denotat, ſcribatur igitur angulus Orientis* 29°. 30'. Si vero 29° ♊, daretur, opus foret correctione: *extraherem enim cum* 27° *dato minori* 29° 30' *& qvæſita differentiâ inter hanc & ſequentem lineam, (qvæ habet* 30°, *& id eſt* 45',) 1°-15'. *ergo dico;* 3° *marginis, dant in area incrementum* 1°. 15', *qvantum dabunt* 2°, *qvibus datus gradus à minori differt? facit,* 50', *addenda ad minoris gradus angulum, prius extractum* 29. 30, *ita fient* 30°. 20', *juſta qvantitas anguli qvæſiti.*

Est & alia, & propter Eclipses Solares universaliter computandas, solennis ratio, excerpendi ex hac Tabula, non angulum Orientis, sed datis, angulo Orientis, & gradu Oriente, ipsam poli Elevationem. In hoc casu, in ea linea qvam gradus oriens monstrat, qværitur angulus Orientis datus, & Frons prodit Elevationem qvæsitam. Veluti *detur, ut in præcedente Exemplo, gradus Oriens* 27° ♊; *& qvantitas anguli Orientis* 41°. 50', 50' *in Tabula anguli Orientis juxta tabellam ſupra poſitam, notentur literâ e; ergo in*

linea 27° ♊ quæro, tantisper, dum datum angulum vel ei proximum inveniam, quod sit pagina 36; ibi invenitur præcisè, & numerus in fronte dat Elevationem poli borei quæsitam, 42°. Si vero retento eodem angulo, dati fuissent 29° ♊; correctione prius opus fuisset, nimirum, ut sub altitudine poli 43°, pro 29° ♊, angulum corrigerem, qui evadit 41°. 30′ minor dato 20′; & quia numeri columnarum per 70 minuta differunt, (40° enim & 41° id est 40′, à 41°. c, sive 50′ subtracti, tantum relinquunt) *dico ergo 70 scrupula in area, dant 1° sive 60′ in fronte; quantum dabunt 20′, quæ restant ad angulum propositum? facit 17. Esset igitur correcta poli Elevatio 43°. 17′.* Exerceat se diligenter Lector Astrophilus, in hac excerptione, præsertim is, qui in arduo illo, & pulcherrimo negotio, Ex Eclipsi Solis indagandi, methodo plane novâ, locâ terræ, quibus quælibet proposita phasis obtingit, cum fructu, & laude vult versari. Hæc de excerptione.

Usum porrò Tabularum puncti, & anguli orientis, vel unius cujusq; seorsim, vel utriusq; ita connexæ breviter prodam, idq; in utroq; hemisphærio, tam nostro septentrionali; quàm meridionali. Faciam vero initium, à Nostro hemisphærio.

I. USUS, in HEMISPHÆRIO SEPTENTRIONALI.

Dato loco Solis in Eclipticâ, & tempore à meridie, in horis & scrupulis numerato sub quacunq; Elevatione poli borei, quæ 72 gradus non excedit, invenire punctum Ecliptica ORIENS, & simul Nonagesimum ab Oriente, nec non punctum occidens. Perq; punctum Oriens extrahere angulum Orientis, quem Ecliptica in puncto Oriente cum Horizonte facit. Cum loco Solis ingredere Tabulam arcuum culminis Æquatorei in Tempus conversorum, & ad informationem capitis præcedentis, horas & minuta extrahe (non neglecta, si opus fuerit, correctione) iisq; horas & minuta Temporis propositi adde, rejectis è summa 24 horis, si horæ numerum 24 excesserint. Summam hanc, in Tabulam puncti Orientis sub datâ Elevatione poli, immitte, & extrahes Signum in fronte, gradum verò in margine, hujus puncti Orientis quæsiti: ab hoc subtrahe 3. signa, & acquires nonagesimum ab Oriente, subtrahe quoq; vel adde, pro re natâ, 6 signa, & acquires punctum occidens. Cæterùm punctum oriens in transversam Tabulam, scilicet Anguli Orientis, sub datâ Elevatione immissum, ostendit statim angulum Orientis, in gradibus, & unciis graduum, cujus ut postea in sequentibus patebit, magnus & insignis usus est. Exempli gratiâ, *Sit sol in 17 grad. 38. min. ♏, detur Tempus à meridie 16 hor. 30. Et Elevatio poli borei 54°, quæritur punctum Oriens, & Occidens, nec non Nonagesimus ab Oriente, ejusq; altitudo ab horizonte, quæ est ipse angulus Orientis. Ergo juxta tenorem capitis præcedentis, cum 17½ ♏ pag: 14, extraho 15 hor 0′. 4″, iisq; addo tempus à meridie elapsum hor. 16. 30′. fit summa hor. 31. 30′. 4″, cum verò horæ 31 excedant 24, subtractis his ab illis, remanent hor. 7. 30′ 4″ (arcus scilicet culminis æquat: in tempus conversus) quæ immissa in Tabulam puncti Orientis, sub altitudine poli borei 54. pagina 43, dant in fronte ♎; in margine, correctione adhibitâ, 15°. ⅔ sive ⅓. Ut punctum Oriens quæsitum sit 15°. 20′ ♎: per signa numeraria ita expressum; Sign. 6. 15°. 20′; ab his subtraho 3 signa, & fit Nonagesimus Sig. 3. 15°. 20′. id est, 15°. 20′ ♋. subtraho porrò 6. signa; & remanent S. 0 15° 20′ pro puncto Occidente, hoc est, Occidit 15°. 20′ ♈. Tandem 15°. ♎, immitto in Tabulam anguli Orientis, sub Altitudine, 54°, & extraho angulum Orientis 58°. cum literâ t. id est, 20′, & correctione pro adhærentibus 20′ puncti Orientis adhibitâ, fit angulus correctus 58. gr. 17. minuta.*

Idem in Hemisphærio Australi.

Si vero sub data altitudine poli Antarctici, id est in Hemisphærio Australi, punctum Oriens inquiratur, tunc per omnia proceditur, ut in altitudine poli borei, usq; ad tempus, cum quo dictum punctum extrahitur: Ei perpetuò adduntur 12. horæ (è summa rejectis, 24 horis, si 24 horas excesserit.) & tunc immissum hoc tempus, monstrat punctum non Oriens, sed occidens; huic addita 3 signa, dant nonagesimum: 6 addita, vel subtracta, dant

cta dant punctum Oriens quæsitum. Punctum Verò Occidens in Tabulam anguli Orientis immissum, ostendit angulum Orientis quæsitum. Veluti *retento proxime præcedente exemplo, & data Elevatione poli Antarctici 54°. quæritur punctum Oriens. Arcui igitur culminis Æquatorei in tempus versi, ibi reperto hor. 7. 30′. 4″, addo 12 horas, fiunt 19. hor. 30′. 4″. Hoc Tempus in Tabulam sub altitudine 54° immissum, ostendit in fronte ♉, in margine 22°. punctum Occidens; cui si addideris 3. Signa, habebis 22 ♌. nonagesimum. Et 6. signis additis, provenit punctum Oriens quæsitum 22°. ♑. Cum 22° ♉, extrabo angulum Orientis (adhibita correctione) 18°. 52′.*

II. USUS INQUIRENDI TEMPORIS MOMENTUM, QUO DATUM PUNCTUM ORITUR, AUT IN NONAGESIMO VERSATUR, IN HEMISPHÆRIO SEPTENTRIONALI.

Dato loco Solis, datoq; sub notâ poli borei, (infra 72. gr:) Elevatione, puncto Oriente; accuratè determinare Tempus diei, in horis & minutis, à meridie numeratis, quo datum punctum oritur. Cum dato loco Solis extrahe, ad normam capitis præcedentis, ei competentem arcum culminis Æquatorei in tempus versum, quem asserva. Hinc in Tabulâ datæ Elevationis poli borei, quære puncti orientis signum in fronte, gradum vero in margine (non neglecta correctione, si opus eâ fuerit,) communis concursus dat tempus in horis & minutis, aquo subtrahe tempus supra cum loco Solis extractum & in hunc usum asservatum: (ad scitus 24 horis, si alias subtractio fieri nequit,) restant horæ & scrupula à meridie numerata, ad id momentum, quo propositum punctum oritur. Exempli causa: *Scire velim, Sole existente in 20°. ♐, qua hora, & minuto à meridie elapsis, sub altitudine poli borei 48°, oriatur 15° ♌? Ergo juxta præscriptum capitis antecedentis, cum 20° ♐, extrabo arcum culminis æquatorei in tempus versum, hor. 17. 16′ 27″. quæ asservo; hinc sub Altitudine poli borei 48°. quærendo ♌ nem in fronte, & 15. gr. in margine, concursus communis dat, hor. 1 54′, à quibus (additis prius 24 horis) subtractis horis & scrupulis cum loco Solis prius extractis, remanent, hor. 8. 37′. 30″ ferè, verum Tempus à meridie, quo, Sole in 20 ♐ versante, sub latitudine loci 48°, ♌nis 15 gradus oritur.*

Consectarium.

Ex his facilè est tempus indagare, quo stella, cujus locus in Eclipticâ notus est, in Nonagesimum deveniat (id quod in observationibus fundamentalibus, res magni momenti est.) adduntur enim ad locum longitudinis stellæ propositæ 3 Signa, & habetur punctum Oriens, cum quo procedo, ut jam monstratum est. Et emergit tempus quæsitum, observationi aptum. Veluti *detur locus Solis 16° ♎, cujus arcus culminis Æquat: in tempus versus 12. hor: 59′: data quoque stellæ longitudo in 4°. 51′ ♊, quæraturq; quo temporis momento, dicta stella in nonagesimo versetur, sub latitudine loci 54°? Ergo additis tribus signis, ad 4° 51′ ♊, fiunt 4° 51′ ♏. punctum Oriens; huic è Tabulâ puncti Orientis, sub altitudine poli borei 54°, respondent 3. hor. 32′. à quibus subtractis, 12. hor. 59′. remanent 14 hor. 33′, à meridie, verum momentum temporis quo dicta stella in nonagesimo consistit.* In Luna, cujus in Ephemeridibus locus ad meridiem jam computatus habetur, non alia est ratio inquirendi temporis; nisi quod ob velocem sutum motum, reductione, & duplici operatione, indigeat. Prima enim operatione acquiritur tempus, quo id punctum, quod in meridie occupavit, ad Nonagesimum defertur: Ad horas igitur & scrupula horarum à meridie elapsa, de motu ejus diurno, pars proportionalis eruitur, & loco quem in meridie habuit additur (id quoq; in Sole fieri necesse est:) & secundâ operatione tempus extrahitur verius, & correctius. Exempli gratia: *Sit locus Solis ex Ephemeride ad meridianum tuum reductus, 17° ♒: Lunæ locus similiter ad meridianum reductus 23°. 20′ ♎, ejusq; diurnus 12°. 30′; quæritur tempus quo Luna sub altitudine poli, 52°, ad nonagesimum devolvitur?*

cum 17° gr. ♒, è Tabulâ arcuum culmin: æquator: in tempus versorum, extrahe 21 hor. 18 min. fere. Porro ad locum Lunæ addo 3 signa, & fit punctum Oriens 23° 20′ ♉; cum quo extraho, è Tabulâ sub Elevatione poli borei 52°, hor. 15. 42′. Et subtracto tempore cum loco Solis extracto, ab eo quod loco Lunæ congruit, (ad scilis 24 horis) restat hor 18. 24′, à meridie verum tempus, quo punctum Ecliptica, ad quod centrum lunæ in meridie referebatur, in nonagesimo versatur. Pro illis horis corrigendus est locus Solis, & ☽næ, quilibet è suo diurno, Solis quidem diurnus 61 scr: dat correctionem 46′, ut locus Solis sit 17°. 46′ ♒, Lunæ de diurno suo 12°. 30′, competit pars proportionalis 9° 39′. ferè, quæ adjecta ad locum in meridie, dant, 2. gr 56′ ♌, & punctum Oriens 2 56 ♒. Ergo secundæ operatione, cum loco Solis correcto, extrahe hor. 21. 21′, cum loco Lunæ correcto, hor. 16. 10′ ferè, subtracto illo ab hoc, relinquuntur hor. 18 49′, Tempus, quo Luna eâ die ad Nonagesimum pervenit.

IDEM in HEMISPHÆRIO AUSTRALI.

Subdata Elevatione poli Antarctici paulò aliter proceditur. Cum loco quidem Solis, perinde extrahitur arcus culminis Æquatorei, ac si data esset altitudo poli borei: pro puncto vero Oriente sumitur occidens, & immissum in Tabulam datæ Elevationi respondentem, extrahitur ex area Tempus, eiq; perpetuo 12, horæ subtrahantur: Ab eo demum ita castigato, subtrahitur Tempus cum loco Solis extractum, & acqviritur tempus qvæsitum; qvo datum punctum, sub datâ Elevatione poli, ea die oritur. Exempli gratia, *teneat Sol 15 gr: ♐, cui in Tabula arc: culmin: Æquat: in tempus versorum, competunt, hor. 16. 55 ferè (pro 54′. 50″, sine sensibili in hoc negotio errore, sumo 55′) quæritur, quo temporis momento sub Altitudine poli Antarctici 50 gr. Oriatur 20° ♌? Oriente 20° ♌, Occidit per additionem 6 Signorum 20° ♒, cum hoc ingredior Tabulam puncti Orientis, sub Altitudine poli 50°, & extraho tempus, hor. 16. 44′, his detrabo 12 horas, remanent hor. 4. 44′, iis subtraho tempus cum loco ☉lis extractum, remanent hor. 11. 49′. Verum temporis momentum, à meridie numeratum, quo Sole in 15° ♐ constituto, sub Altitudine poli Antarctici 50°, ♌nis 20 gradus oritur.*

Consectarium.

Ad inqvirendum tempus, qvo datum punctum ad nonagesimum pervenit, sumitur pro puncto Oriente, Occidens: & per omnia proceditur, ut jam monstratum est; proveniq; tempus qvæsitum. Id qvod Lector facile imitabitur, non opus esse duco Exemplo librum onerare.

III. Usus INQVIRENDI QVANTITATEM *Diei & Noctis*, in HEMISPHÆRIO NOSTRO.

Dato loco Solis, sub data poli borei altitudine, definire Tempus semidiurnum, sive occasum Solis; qvo, è 12 horis subtracto, provenit tempus seminocturnum (*intelligitur verò tempus demonstrativum Astronomicum, non refractionibus opticè & apparenter auctum.*) *De qvo postea.*

Cum Solis loco, tam è Tabula arcuum culmin: Æqvator: qvàm puncti Orientis, extrahe Tempus, hocq; ab illo subtrahe (adscitis 24 horis, si subtractio aliàs fieri neqvit) & provenit tempus semidiurnum, sive tempus Solis Occasus; eò è 12, horis subtracto, reliqvum est tempus seminocturnum sive ortus Solis. Verbi gratia, *Sole Tenente 15° ♊, qværitur sub Elevatione poli borei 54 gr. Tempus semidiurnum. Ingredere ergo cum loco ☉lis pag. 13, Tabulam arcuum culmin: æqvator: in tempus vers: & extrahes, 4 hor. 55′ fere. Cum eodem Solis loco, extrahe è tabula puncti Orientis, sub Altitud: poli borei 54° Tempus, hor. 20. 34′, hoc ab illo (additis prius 24 horis, ut subtractio fieri posit) ablato, restant hor. 8. 21′, Tempus occasus Solis, adeoq; semidiurnum: qvod subtractum ex horis. 12, relinqvit tempus seminocturnum; & ortum Solis hor. 3. 39′. Erit, tota dies hor. 16. 42′, nox vero h. 7. 13′. Atq; hac ratione ad reliqvas altitudines poli, Temp: semidiurnum & seminocturnum exqviritur.* Verum qvia Tabulæ puncti Orientis ultra 72 gradum

dum Altitudinis non extenduntur, ut hunc defectum supplerem, addidi paginâ 72 ad reliqvos Elevationis poli gradus ex Origano, Tabulam qvantitatis dierum, ubi cum Signis borealibus tempus semidiurnum, cum Australibus seminocturnum, excerpitur.

Notetur qvoq;, in Altitudinibus poli 66½ gr. excedentibus, Solem per plures dies, circa Solstitium Æstivum, non occidere; circa brumam nunqvam oriri. Qvantum v. temporis hæc durent, id Lector, ope Tabulæ anguli Orientis, facilè addiscet, hac sequente ratione: Subpropositâ Elevatione videantur numeri (ubi vacuæ cellulæ incipiunt, & finiuntur) ad sinistram positi, & habentur arcus nunqvam occidentes, in qvibus Sol versans, non occidit: ad dextram vero positi, denotant arcus nunqvam orientes. Et Sol in iis constitus, semper sub horizonte latitat. Veluti *in Tabula anguli Orientis sub Altitudine poli 69 gr. ubi vacuæ cellulæ incipiunt, ponitur ad sinist. 3°. 53′ ♊, & ubi desinunt, ponitur etiam ad sinistram 26°. 7′. ♋. Sol igitur ad 3°. 53′ ♊ perveniens, sub data latitudine 69. gr. non occidit, usq; ad 20° 7′ ♋, per 52°. 14′, qui in tempore circiter 55. dies faciunt. Rursus ad dextram ponuntur 3°. 53′ ♐, usq; ad 26. 7, ♑, etiam per 52°. 14′, qui faciunt 51. ferè dies: qvibus Sol nunqvam oritur.* Et hæc, puto, Lectori in hoc negotio pro informatione sufficient.

IDEM in HEMISPHÆRIO AUSTRALI.

Sub Elevatione, poli Antarctici s. Australis, eodem plane modo, qvo in Hemisphærio nostro Septentrionali, arcus diurnus qværitur; hoc solùm observato, qvod semidiurnum in seminocturnum, & viceversâ seminocturnum in semidiurnum permutetur. *Veluti in nostro priori exemplo, in qvo sub Altitudine poli borei 54°. Sole tenente 15° ♊, arcum semidiurnum hor. 8. 21′, ejusq; complementum ad 12 horas, scilicet hor. 3. 39′, tempo seminocturnuu acqvirebamus; si retento hoc Solis loco sub Altitudine poli Antarctici sive Australis 54°, Tempus semidiurnum inqviramus, inveniemus illud h. 3. 39′, scilicet qvod in septentrionali fuit seminocturnum; rursus seminocturnum fit hor. 8. 21′, qvod in septentrionali fuit semidiurnum.* Idem ludicium esto, de Elevationibus poli Antarctici 66½ gradus excedentibus, omnia scilicet ibi respectu septentrionalium esse permutata; ut arcus Ecliptice septentrionalibus nunqvam orientes, sint ibi nunqvam occidentes, & qvi septentrioni nunqvam occidunt, sint ibi nunqvam orientes. Hoc modo omnia exempla expediuntur. Animadvertetq; Lector has Tabulas esse satis Universales, & præcipue partibus Totius Orbis commodè habitabilibus, sufficientes.

IV. Usus, in INQVIRENDÂ ELEVATIONE POLI in HEMISPHÆRIO SEPTENTRIONALI.

Dato loco Solis in Ecliptica, per eumq; juxta præcepta capitis antecedentis Arcu: Culmin: Æqvator: in tempus verso, observato qvoq; accuratè tempore (exclusâ refractione) semidiurno, invenire Elevationẽ poli. Tempus semidiurnum subtrahe, ab arcu culmin: Æqvator: in tempus verso, qvem cum loco Solis extraxisti, residuum qværatur per tabulas puncti orientis: in qvocunq; enim ad dictum locum Solis residuum hoc inveneris; titulus in fronte Tabulæ positus, statim qvæsitam poli Elevationem prodit. Si vero ut plerumq; accidit, præcisè non inveniatur, corrigenda est, collatione factâ ad proximè minorem & majorem. Exemplum. *Sit Sol in 12 gradu ♊, sitq; è capite antecedente arcus culmin: æqvator: huic puncto competens, hor. 4. 42′. ferè. Nota sit qvoq; eâ die, vel ex ortu, vel occasu Solis tempus semidiurnum, à refractione castigatum, hor. 8. 2′½. qværitur Elevatio poli hujus loci. Ergo, subtrahe tempus semidiurnum ab arcu Culmin: æqvator: in tempus verso, (additis prius ei 24 horis, ut subtractio fieri posit,) remanent hor. 20′. 39′½. Hoc residuum per Tabulas puncti Orientis ad 12 gradum ♊ inqviro, eoq; pagina 41 proximè majorem numerum, scilicet hor: 20. 45′. pagina v. 42. proximè minorem numerum. hor. 20 35′, invenio. Prior Tabula ut frons docet, habet altitud: poli 50°, posterior 52°; dico igitur,*

venio

Elevationem hic qvæsitam, cadere inter 50 & 52 grad: Elevationi poli; qvam ut melius determinem, video Elevationes per duos gradus, earum tempora in areis reperta, per 10' differre; meumq; inventum residuum à majori numero per 5½ distare: dico igitur; 10' decrementi, dant duos gradus ſ. 120 ſcrupula, qvantum dabunt 5½? facit 66 ſcrupula, id eſt 1°. 6'; addo igitur ad 50 gradus Elevationis poli 1 gr. 6', ſit Elevatio poli qvæſita 51 6'.

Idem in Hemiſphærio Auſtrali.

Nec diſſimilis eſt ratio in hemiſphærio Auſtrali, modo pro loco Solis ejus oppoſitum punctum ſumatur, & juxta jam factam informationem, tractetur, & provenit Elevatio poli Antarctici qvæſita. Exemplum non addo; facile enim qvivis hoc ſuo marte præſtabit.

V. USUS CUILIBET PROPOSITO ARCUI ECLIPTICÆ ASSIGNANDI ſpacium temporis, qvo, ſub datâ poli Elevatione, horizontem ortivum pertranſit: Et contrà.

In NOSTRO HEMISPHÆRIO SEPTENTRIONALI.

Sub datâ poli borei Altitudine, dato arcui Ecliptiæ, à qvocunq; principio incepto, facile ſpatium temporis, qvo totus oritur, inveſtigatur: Si in Tabula punctî Orientis datæ poli Altitudini convenientè, ad arcus hujus principium, & finem, tempora in areâ, extraxeris, principiiq; tempus à tempore finis ſubtraxeris, qvod remanet, eſt ſpatium temporis qvæſitum. Exemplum. *Sub data poli borei altitudin: 54. gr: qværitur, qvantum temporis ſpatium arcus Ecclipticæ, à 15° ♓ inceptus, & in 28° ♉ finiens, requirat, ut totus ſucceſſive oriatur? Ergo ad initium hujus arcus ſcilicet 15° ♓ tempus exſcribo; hor. 17. 38'. ad finem v. ſcilicet 28°. ♉, hor. 19. 44'. ſubtrahoq; illum numerum ex hoc, & remanent hor. 2. 6' ſpatium temporis qvæſitum.* Rurſus, ſi detur aliqvod punctum Ecliptiæ, ſub data poli Elevatione oriens, & certum temporis ſpacium incipiens, ab eo momento, qvo dictum Ecliptiæ punctum oritur, facilè determinatur punctum, arcum Ecliptiæ, qvi horizontem interim percurrit, finiens. Si ad puncti dati Tempus, è Tabula extractum, addideris ſpatium temporis datum, & ſummam in Tabula qvæſiveris, acqvires enim ſtatim punctum Ecliptiæ, arcum, qvi per hoc temporis ſpatium horizontem tranſit, finiens. *Veluti ſub dicta Elevatione 54°, Oriente eodem puncto prius dato ſcilicet 15° ♓, qværitur, qvantus per horam 1 & 19' arcus Ecliptiæ interim oriatur? Ergo cum 15° ♓ extrahò ut prius hor. 17. 38', illiq; addo hor. 1. 19', fiunt 18. 48, qvæ in eâdem Tabula qvæſita, inveniuntur ad primum gradum ♉ qvi ipſe arcum Ecliptiæ interim orientem, finit, ut ſit 46. graduum.*

IN HEMISPHÆRIO AUSTRALI

Eadem eſt ratio, modo Lector per punctta oppoſita ſ. occidentia operetur, qvod facile ſine exemplo, proprio marte præſtabit.

I. USUS TABULÆ ANGULI ORIENTIS in INDAGANDA REFRACTIONE.

Qvantum uſum hic Angulus in Arte præſtet, videbit Lector capite ſeqvente; & infra clarius patebit in parallaxi in longum & latum diſcernendâ, nec non in doctrinâ computandæ Eclipſis Solis univerſaliter. Nunc breviter qvædam monebo de refractione, & apparitione ſtellarum, beneficio anguli Orientis inveniendâ, hac ſeqvente ratione. ***Dato puncto cum Sole Oriente, vel occidente, ejusq; angulo Orientis; datoq; inſuper ex obſervatione augmento, qvo ſemidiurnus merè Aſtronomicus differt à ſemidiurno, opticè & apparenter propter refractiones protracto: datur refractio Solis, & vice versâ.*** Scrupula Augmenti multiplicatione per 15 reduc in minuta Æqvatoris; deinde ad datum gradum, ſcrupulis æqvatoris, ſub data Elevatione, qvære competentia ſcrupula in Ecliptica, qvæ ſerva. Deinde cum dato puncto Solis Oriente, vel oppoſito ſi occidat, extrahe angulum Orientis

Orientis; ejus ſinus ſcrupularis multiplicatus in ſcrupula arcus Ecliptiæ, (in tam parvo enim arcu, poſſum ſine ullo ſenſibili errore, ipſius arcus ſcrupulis abuti; acſi eſſent ſinus ſcrupulares; qvod in arcu jam grandeſcente tutum non eſt) prius ſervata, dat refractionis qvantitatem horizontalem qvæſitam. Exemplum *ſub Altitudine poli 56 graduum, Detur punctum cum Sole Oriens principium ♋. Cujus ſub datâ Elevatione angulus Orientis ſit 25°. 15', Tempus Semidiurnum merè Aſtronomicum è ſuperioribus eruitur, hor. 8 41'. Sed legitimè idoneis Inſtrumentis obſervatum eſt; hor 8. 48', adeo ut 7' temporis augeretur. Hæc igitur 7' per 15 multiplico, & produco 105 ſcrupul: æqvatoris. Cæterùm cum ſub datâ Altitudine poli, ad datum punctum, in Tabula Aſcenſionum obliqvarum, uni gradui, vel 60' Ecliptica, reſpondeant 66 ſcrupula æqvatoris, dico; 66 æqvatoris dant 60' Ecliptica, qvantum dabunt 105 æqvatoris? facit 95½ ſcr: id eſt 1°. 35½. In hunc numerum, ſinum ſcrupularem anguli Orientis 25' 36" multiplico, & produco 40' 32" refractionem horizontalem qvæſitam.* Viceverſâ; Dato eodem puncto, & angulo, & obſervata refractione; acqviritur arcus Ecliptiæ, cui reſpondens arcus æqvatoris, dat augmentum Temporis ſemidiurni qvæſitum. Veluti *dato in ſuperiori Exemplo angulo Orientis, ejusq; ſinu ſcrupulari 25' 36", & refractione minima horizontali 34'; divido refractionem datam, per ſinum ſcrupularem 25°. 36", & dat qvotiens 1° 20' ferè in Ecliptica, qvibus in æqvatore reſpondent 88 ſcrupula, qvæ faciunt in tempore 5'. 52", augmentum temporis ſemidiurnum qvæſitum.* Atq; hæc eſt optima, & certiſſima qvantitatem refractionis aſtimandi ratio, modo Tempus ſemidiurnum apparens, ab exercitato, circumſpecto, & neceſſariâ inſtrumentorum ſupellectile inſtructo Artifice, fuerit obſervatum; id qvod variis modis, per q; varias vias obtineri poteſt. Et hâc methodo à Marito obſervandiſſimo multoties, me præſente, refractiones à 34 ad 7' ½ ſcrupula variabiles, obſervatæ ſunt. Hoc qvoq; notandum eſt, inſtituendas eſſe tales obſervationes conſtitutione auræ exiſtente maximè tranqvillâ, non tempeſtuosâ aut procelloſâ; horologiis minuta prima minutorumq; partes exprimentibus, ad ſiderûq; altitudines ſtudioſiſſime & circumſpectiſſime obſervatas, directis; nec non oppoſitorû ſiderû notorum, qvorum alterum ortivo, alterum occiduo horizonti proximum eſt; captâ idoneis inſtrumentis, utriusq; altitudine, atq; ſtudioſiſſime obſervato tempore ortus, & occaſus. Id qvod Artifices me tacente effectum dabunt.

ALTER USUS ANGULI ORIENTIS in indagandâ primâ matutina, & ultima veſpertina Siderum apparitione.

Dato puncto Ecliptiæ cum dato Sidere coorìente, vel cooccidente, datoq; profunditate Solis, qvam Sidus reqvirit, datur arcus Ecliptiæ qvo Sol à dicto puncto oriente, vel occidente diſtare debet, ut Sidus apparere poſſit à ſuffuſione luminis Solaris liberum. Hic ſtatim initio Lector benè notet metas profunditatis Solis, qvantas qvodlibet Sidus pro ſuâ emerſione reqvirit; qvantæ enim ab Artificibus ſingulis tribuantur, ſeqvens Synopſis monſtrat.

Fixæ magnitudinis	1ª	*requirunt, profunditatem Solis ſub Horizonte*	12°	*Planetæ*	♄	*poſtulat profunditatem Solis*	11°
	2ª		13		♃		10
	3ª		14		♂		10½
	4ª		15		♀		5
	5ª		16				10
	6ª		17				definitam qvantitatem non habet
	7ª		18				

Sub datâ igitur Elevatione poli, puncti Ecliptiæ cum Sidere coorientis, vel cooccidentis, angulum Orientis inqvire. Hujus ſinu ſcrupulari, diviſus ſinus ſcrupularis profunditatis Solis, huic Sideri competentis, dat in qvotiente ſinum ſcrupularem arcus Ecliptiæ qvæſiti. Exemplum, *Sub Elevatione poli 51°, oriatur prope Solem 4 cum 27 ♋, qværi-*

qveritur, qvot gradibus ab hoc Ecliptica puncto remotus esse debeat ♄, ut mane appareat? Ingredior ergo synopsin & extraho profunditatem Solis, Jovi competentem 10°, cujus sinus scrupularis est 10′ 25″. Porrò cum 27° ♋ sub Elevatione poli 51°, è Tabula anguli Orientis, extraho angulum Orientis 99° 55′; hujus sinus scrupularis, juxta informationem primi capitis excerptus, est 42′ 22″. His divido sinum scrupular: profunditatis Solis 10′. 25″, & proveniunt in qvotiente 14′. 45″, sinus scrupularis, cujus arcus est 14°. 14′, qvo ☉ in consequentia à 27 gr. ♋ scilicet in 11°. 14′ ♌ distare debet, ut ♄ tum 27° ♋ oriens, mane ante Solis ortum apparere incipiat. Si vero de ultimâ apparitione vespertina qvæstio fuerit: in hoc casu necesse est, ut puncti cum sidere cooccidentis oppositum sumatur, perq; illud angulus Orientis, & ejus sinus scrupularis inqviratur. qvi sinum scrupular: arcus profunditatis reqvisitæ dividens, dat sin: scrupular: arcus Ecliptica qvæsiti. Veluti *retento superiori Exemplo, occidat ♄ cum 27° ♋, sub altitudine poli 51 gr. qveritur, arcus, qvo Sol ♄vi appropinqvans, distare debet in antecedentia, ut ♄ ultimo ante occultationem suam appareat? Ergo occidente 27° ♋, oritur 27 ♎. Hujus angulus Orientis sub Elevatione poli 51°, est 22°. 35′, huic è prima Tabula competit sinus scrupularis 23′ 2″. Per hæc divisq; sinus scrupularis profunditatis Solis, Jovi competentis 10′, 25″, dat in qvotiente 27′ 8″ sinum scrupularem 26°. 53′, arcus Ecliptica qvæsiti, qvo Sol in antecedentia distare debet à puncto occidente 27° ♋, nimirum in 0. 7′ ♋. ut ♄ cum dicto puncto cooccidens, ultimo ante occultationem appareat.*
Habet hic Lector facilem & expeditum modum expediendi hujus negotii, qvi olim fuit valde perplexus, & anfractuosus.

Anteqvam satis prolixam hujus capitis tractationem finiam, restat monstrandum: qva nimirum ratione, angulus Orientis reduci possit, ut angulum Orbitæ Lunæ cum horizonte, de potiori parte repræsentet, idq; ope Tabulæ pag. 72. qvæ titulum gerit: *Tabula differentiæ altitudinis orbitæ Lunæ, ab altitudine Nonagesimi* (qvæ est ipse angulus Orientis) Est v. ea res magni momenti, & summè necessaria, cùm in enucleandis observationibus Lunæ fundamentalibus, tùm in Eclipsibus Solaribus ad certum locum computandis, qvæ si procul à nonagesimo versus ortum, vel occasum removeantur, vulgari modo nimis inartificialiter computantur; adeo, ut de qvantitate, unius digiti jacturæ periculo, hinc inde incertus sit calculator; Parallaxibus vero in hunc modum crutis, & ad severiorem legem alligatis, spes est defectus, qvi circa Eclipses ad huc restant, hac ratione felicius corrigi posse.

Reqviruntur v. tria ut nota, 1. Nonagesimus, qvi è puncto Oriente innotescit. 2. distantia ♋ vel ♌ à Nonagesimo, vel versus ortum vel occasum; 3. Angulus Orientis. Hisce præviis, locũ ♋, vel ♌ subtrahe à Nonagesimo, vel Nonagesimũ ab horũ alterutro; qd remanet, immittatur in Tabulã differentiæ altitudinis orbitæ, & extrahatur prosthaphæresis s. differentia. Hæc si ♋ supra terram fuerit, & qvidem à Nonagesimo versus ortum, cujus nota est, si Nonagesimum à ♋ subtraxeris, ab angulo Orientis subtrahe: si versus occasum, qvod inde patet, si ♋ à Nonagesimo subtraxeris (idem judicium de ♋) adde ad angulum orientis: Si vero ♌ supra Terram, vergatq; à Nonagesimo versus ortum; Adde: si versus occasum subtrahe ab angulo Orientis, & acqvires ubiqve altitudinem Orbitæ ad Nonagesimum Ecliptica, per qvam, ac si esset angulus Orientis, parallaxes subtilius, & accuratius in longum, & latum discernuntur (& notet Lector qvod in subtractione ♋ à nonagesimo &c: expediat signa denominativa ubiq; in numeraria convertere, per eaq; felicius operari) Exempli gratia. *Detur punctum Oriens 3° 4′ ♋ vel ut Signis numerariis scribitur Sign. 3. 3°. 4′. atq; hinc nonagesimus 3°. 4′, ♈. Vel ut Signis numerariis scribitur. Sign. 0. 3°. 4′; sit qvoq; notus angulus Orientis, s. altitudo nonagesimi 33°. 10′; detur qvoq; locus ♋ 25° 6′ ♉, vel ut numerariis signis scribitur Sign. 1. 25°. 6′. Subtracto; gradu nonagesimo à loco ♋, fit distantia ♋ à nonagesimo Sig. 1. 22° 2′. Cum hac ingredior Tabulam differentiæ altitudinis orbitæ, qværendo 1. signum in fronte & 22 gradus in margine, & dat communis concursus 4° 3′:*

jam, qvia ♋ à nonagesimo versus ortum est, subtraho 4°. 3′ ex angulo orientis 33°. 10′, relinqvuntur 29°. 7′. Tanta qvippe est altitudo orbitæ Lunæ in eo circulo verticali, qvi per nonagesimum Ecliptica ducitur, ut sit angulus orbitæ cum horizonte propè verus, tot graduum. Et hinc discretio parallaxium longè subtilior & accuratior, qvam si more vulgari solam Ecliptican qvis adhibeat. In hac enim vulgari praxi calculator ad 2½ scr. est ubi ad 3 scrupula aberrare potest in parallaxi latitudinis, & consequenter in Eclipsi Solis integro digito. Aliud Exemplum; *Oriatur alicubi 15½ gr. ♎. Ergo 15 ♎ sunt in nonagesimo, qvod signis numerariis scribitur, 7. Sign. 15°. 30′, sit qvoq; è sua Tabula notus angulus Orientis 22°. 4′: sit ♌. supra Terram, occupans 11°. 30′ ♍, qvi locus signis numerariis ita notatur 5. Sign. 11°. 30′. Hunc, ut minorem, subtrahe à nonagesimi numero 7. Sign. 15°. 30′, & remanent 2. Sign. 4°. 0′. distantia ♌ à nonagesimo versus occasum; (locus enim ♌ subtractus est à loco nonagesimi) cum hoc residuo introeo pagina 72, Tabulam different. altitud. orbitæ, qværendo 2. Sign. in fronte 4° in margine, & exhibet angulus communis æqvationem 4°, 37′, hæc subtraho (qvia ♌ est à nonagesimo versus occasum) ab angulo orientis 22°, 4′, remanent 17°. 27′; altitudo orbitæ ad nonagesimum Ecliptica, adeoq; angulus orbitæ cum Ecliptica prope verus, subtiliori discretioni parallaxium satis commodus.* Non gravetur Lector hoc præceptum per plura exempla exercere & familiarius sibi reddere. Usum insignem, & operæ pretium brevi cogniturus. Et tantum de capite hoc sexto.

Caput VII.

De Usu Tabulæ Anguli, qvem Circulus Verticalis cum Ecliptica format.

Miror, tot præclaris, & usibus publicis destinatis Artificum operibus, de hac materiâ Sphæricâ, in publicum emissis, angulum hunc, utpote, ad parallaxes, vulgari, & ubiq; recepto modo, enucleandas, summe necessarium, non fuisse hactenus excultum. Reinoldus qvidem in Prutenicis Tabulis, ad 14 poli Elevationes, hujus anguli sinus scrupulares in columnis, qvæ titulum gerunt, latus latitudinis, exhibet: sed ad sola Signorum & horarum initia. Eas Tabulas etiam Lansbergius in suas transcripsit. Propterea etsi in his Tabulis ad discernendas parallaxes in longum & Latum, hoc angulo planè non indigeam: tamen ut pro exigua & modesta meâ, qva in hoc studio fruor, experientiâ, rem Astronomicam in hac parte juvarem, construxi Tabulam hujus anguli planè universalem, non uni v. alteri poli Elevationi: sed toti orbi, omnibusq; tàm poli borei; qvàm Australis Elevationibus commodam, & sufficientem. Est aut em hæc Tabula extructa ad singulos Anguli orientis gradus, qvos frons ordine continet; ad binos v. distantiæ à puncto oriente, vel occidente, qvos margo sinister exhibet. Si enim ad singulos distantiæ à puncto oriente v. occidente gradus processissem: Tabula ipsa duplo facta fuisset prolixior: id qvod in hoc negotio summopere cavendum est.

Modus excerpendi is est, ut anguli orientis gradus in fronte; distantiæ vero à puncto oriente vel occidente gradus, in margine qværantur; & concursus communis dat gradus & minuta anguli qvæsiti, per partem proportionalem interdum corrigenda, si gradibus minuta adhærcant. Ad usum igitur hujus Tabulæ duo reqviruntur priùs nota, angulus scilicet orientis, & distantia ejus puncti, ad qvod hunc angulum nostrum inqviramus, à puncto oriente vel occidente: ambo hæc caput antecedens suppeditat.

Usus I. Discernendi Parallaxes in Longum, et Latum.

Dato è capite præcedente, puncto oriente, ejusq; angulo; datâ qvoq; distantiâ Lunæ à puncto oriente, vel occidente; datur angulus qvem verticalis per locum Lunæ transiens cum Eclipcica format, qvi hujus usus respectu dicitur parallacticus; scilicet parallaxi latitudinis oppositus; ejus qvoq; complementum ad qvadrantem, qvod dicitur angulus parallaxis longitudinis. *Datâ insuper paral-*

laxi altitudinis; facilè acqviritur parallaxis latitudinis, si sinum scrupularem hujo inventi anguli in datam parallaxin multiplicaveris. *Longitudinis qvoq; parallaxis acqviritur*, si hujus inventi anguli complementi sinum scrupularem in eandem parallaxin altitudinis multiplicaveris. Pro Exemplo placet experiri fidem Lansbergii in hoc negotio. Constat n. publicis ejus scriptis, qvam iniqvis modis hic Homo Tychonis, & Tychonicorum labores cavilletur, & contemnat: contra, qvantâ jactantiâ suas Tabulas extollat, eò qvod cum omnium Temporum observationibus (ut loqvitur) conveniant. Qvod cum Maritus meus, acerrimus Veritatis indagator, priùs qvam ego legisset, sciretq;, non posse sine impostura talem convenientiam (in tali Tabular: formâ & Hypothesi) dari, cœpit plus Temporis in eis legendis, & examinandis impendere; animadvertitq; brevi, illũ calculi cum Cœlo consensum, sine fronte jactari: prout hujus rei, ipsemet specimina nonnulla Lectori communicabit. Interim ego hoc unicum paradigma, in gratiam Lectoris, ut de reliqvis judicet, adducam. In observation: Astronomicar: Thesauro pag: 149 Menelai Geometræ Romani observatum ✱æ fixæ, supremæ in fronte ♏ à ☽â obtectæ, producit, & suq calculo idem evinci asserit. Stellæ tribuit 5°. 24½′ ♏, cum latitud: bor: 1°. 15′, ☉li 22¼ gr. circiter ♉, ☽æ ad Ecliptican reductæ 5°. 20′ ferè ♏, cum latit: borea 2°. 11½′. Porrò ad enucleationem parallaxium accedit, & vult angulum parallacticum provenire 84°. 12′, ut sit ejus complementum 5°. 48′, atq; ex his & parallaxi altitud: 46′. 10″, eruit parallaxin longitud: 4′. 39″ addendam; latitudinis 45′. 56″, subtrahendam à latitudine. Et hinc locum centri ☽æ visibilem, ejusdem cum fixæ longitudinis constituit, ut differentia centror: sit 10½′ ferè, atq; hac ratione revera fixa à ☽â tecta fuisset. Verum seciùs se res habet, & calculus in parallaxi determinanda valdè corruptus est, qvod hac ratione patefit. Retento loco Solis, ☽æ, ✱læ, qvoad longum & latum à Lansbergio computato, tanqvam vero, parallaxes examinabo. Observatio Romæ facta est cujus altitudo poli 42°, deinde accidit 18 horis 12′ a meridie. *Ex his juxta caput præcedens eruo punctum Oriens sub Romana poli altitudine* 4° ♉ (*neglect: minut:*) *angulum qvoq; Orient:* 41°. 25′, *& ☽a versans juxta Lansb. in* 5° 20′ ♏, *distat à puncto oriente* 58°. 40′. *Ergo hisce concessis ingredior pag. 60. Tabulam Universalem anguli* VERTICALIS *cum Ecliptica, qværendo angulum Orientis in fronte, & invenio* 41′, *indicem secundæ columnæ distantiã v. ☽æ ab oriente* 58° *in margine, & dat concursus communis anguli qvæsitum* 65°. 16′, *propter adhærentia min. corrigendum. Ut qvia* 41 *gradibus anguli orientis* 25′ *adhærent, qværo prius differentiam inter* 65 16, *& seqventis columnæ numerum* 64. 30, *ut differentia decrementi sit* 46′, *dico igitur unus gradus s.* 60′ *frontis, dant in area decrement:* 46, *qvantum dabunt* 25′ *adhærentia? facit* 19′, *subtrahenda à numero priùs extracto; ita fiet* 64°. 57′, *respectu anguli orientis, correctus angulus. Deinde qvia* 58 *gradib. dist: ☽æ ab oriente* 40′ *adhærent, quorum ratione angulus jam correctus, respectu differ: inter linearis amplius corrigendus est: qværo differentiam inter numerum* 65°. 16′ *& seqventis lineæ* 66° 3♈, *fit increm.* 1°. 15′ *s.* 75 *scrupula; dico ergo* 2° *s.* 120′ *marginis, dant in area incrementum* 75. *qvantum dabunt* 40 *scr. adhærentia? facit* 25 *addenda. Additis igitur* 25 *ad* 64. 57′ *ang. prius correctum, fit angulo parallacticus qvæsitus* 65°. 22′, *& ejus complem.* 24°. 38′. Lansbergius v, ut vitiosum suum calculum palliaret; angulo parallactico latitudinis integros 18°. & 50′ addidit, angulo v. parallaxis longitudinis totidem subtraxit eo, ut apparet, sine, ut de mirabili Tabular: cum observationibus consensu falsò gloriari posset. Sed pergo; *Anguli igitur parallactici sinus scrupularis è prima Tabulâ datur* 54′. 33″, *& ejus complementi sinus è regione statim respondens* 25′. 0″. *Utraq; hæc scrupula sigillatim in* 46′. 10″ *parallaxin altitudinis Lansbergiana multiplicata, producunt parall: longitudin.* 19′. 14″ non 4′. 39″, *addenda ad verum locum ☽æ* 5°. 19′. 52″, *ut sit longitudo centri Lunæ visibilis* 5°. 39′. 6″. ♏, non 5°. 24′. 31″. ut falsò scribit Lansbergius, *parallaxis latitudinis* 41′. 58″ *subtrahenda, à latitudine Lansbergio computata* 2°. 11′. 22″ *ut sit latitudo Lunæ visa* 1°. 29′. 24″, non 1°. 25′. 26″ ut idem falsò asserit. *Et fit differentia longitudinis*

gitudinis 14′. 30″, non v. 0′. 5″, *differentia latitud.* 14′. 24″, non v. 10′. 48″. *Hinc distantia centror.* 20′. 27″, non v. 10′. 28″. Et hinc stella non potuisset à Luna tegi, à cujus margine 5′. 7″, ex ipsis principiis Lansbergii distabat: ac proinde commodè videri a Menelao potuisset. Sed observatio habet; fixam à Luna fuisse obtectam, qvod etiam harum Tabularum calculus probat. Atq; ex his qvilibet cordatus Astrophilus facile perspiciet, unde ille mirabilis calculi Lansbergiani cum observatis consensus dependeat, & qvid de illo sentiendum sit? Qvæ omnia à Marito meo fundamentaliter ventilantur. Sufficit mihi Lectori ostendisse Exemplum præclari usus hujus anguli, in discernenda parallaxi in longum & latum.

II. USUS IN DISCERNENDA REFRACTIONE IN LONGUM & LATUM.

Dato puncto Oriente, ejus angulo, dataq; distantia alicujus puncti Ecliptica, qvod Sol, aut aliud Sidus occupat, à puncto oriente vel occidente; si insuper ex datâ altitudine, qvantitas refractionis nota fuerit, eandem in longum & latum discernere. Ea res in observationibus, qvæ fundamenti loco adhibentur, subtiliter enodandis, qvantumq; refractio in longit: & latitudine locum Sideris evariat, investigando, magnum usum habet. Cum angulo igitur orientis consule frontem; cum distantia v. à puncto oriente v. occidente, marginem; & ex communi concursu angulum (non neglecta si opus fuerit, correctione) extrahe, cujus sinus scrupularis, in refractionem datæ altitudini competentem multiplicatus; dat refractionem latitudinis: complementi v. sinus scrupularis, in eandem multiplicatus; dat refractionem longitudinis. Exempli gratia, *Sit Sol in* 29°. 50′ ♓, *detur qvoq; sub Altitudine poli boreâ* 31, *Tempus à meridie elapsum* 19 *hor: per hæc, ex capite præcedente fit punctum oriens,* 21°. 40′ ♈, *& ejus angulus,* 36°. 40′, *distantia qvoq; Solis à puncto Oriente,* 21°. 50′. *Ex his, datur altitudo Solis,* 12°. 47′, *& per hanc, è Tabula refractionum,* 8′. 37″ *qvantitas refractionis altitudinis: in longum & latum discernendæ; qvod fit beneficio anguli qvem verticalis cum Ecliptica efformat. Hunc porrò eruo (qværendo anguli orientis gradus,* 36 40′, *in fronte; in margine v, distantiam Solis à puncto orientis,* 21°. 50′, *Correctis corrigendis)* 55°. 21′, *cujus sinus scrupularis* 49′. 22″, *huic è regione, complementi scilicet* 34°. 39′, *respondet sinus scrupularis* 34′. 7″, *uterq; sigillatim in refractionem multiplicatus, dat hic refractionem longitudinis* 4′ 54″: *illic* 7′ 5″ *latitudinis, utramq; subtiliter & demonstrativè enucleatam.* Ad hunc modum in omnibus exemplis præceditur; qvæ res in observationibus syderum horizonti appropinqvantium, in disqvisitione fundamentali, summopere necessaria, & sine qva, nulla legitima restitutio, v. Tabularum emendatio sperari potest.

III. *Usus in observatione periodica macularum Solarium, & inclinatione macularum Lunarium.*

Eò curiositatis hoc nostro seculo qvædã magna Ingenia processerunt, ut beneficio Tuborũ opticorum, in ipsis Solaribus, & Lunaribus maculis, partim in Physicis, partim in Astronomicis, accuratiùs philosophandi subsidia qværerent. Qvi sanè conatus, qvousq; modestia, & animi Tranqvillitas, ita eũ refrænat, ne vel in impia, & vero CHRISTIANISMO adversantia dogmata, vel in licentiosam illã sine necessitate; more, & modo novandi, & optimè à veteribus constituta demoliendi petulantiam, à ferventibo ingeniis trahatur, non modo ferendus est; sed & laudem suam meretur. Hisce sanè, expeditâ aliqva ratione inveniendi angulũ, qvem circulus verticalis cum Ecliptica constituit, opus est, possunt ergo hac seqvente & facillimâ ratione sibi satisfacere. *Dato loco Solis in Eclpticâ, & horâ diei, qva qvis Solis maculas observare vult, à meridie numeratâ; datur sub data Elevatione poli, punctum oriens & occidens, ejusq; angulus; nec non distantia solis à puncto oriente, vel occidente, iis concessis, statim proditur hic angulo qvæsitus:* Si nimirũ, ut jam monstratũ est, angulo orientis in fronte, distantia Solis à puncto oriente vel occidente, in margine Tabulæ qværatur, concursus enim communis, qvæsitum angulum monstrat; cujus complementum est angulus, qvem verticalis cum circulo latitudinis

titudinis constituit, cui in radio observatorio semper æqvalis est angulus, qvem Ecliptica, cum linea horizonti parallelâ, in centro radii, sive circuli observatorii facit. Exemplum; vult aliqvis maculas Solares observare, sub Elevatione poli Lorei 48. gr. Sole in 18° ♉ constituto, hora tertia post meridiem. *Cum loco igitur Solis, è Tabula arcuum culminis æqvatorei in tempus versorum, extrahit 3. hor. 2'. 5''. His addit tempus à meridie, 3 horas; fiunt 6. hor. 2'. 5''. Immissum hoc tempus in Tabulam punctî Orientis sub Elevatione poli 48; dat punctum oriens* 0. gr. $\frac{2}{5}$ ♋, *id est*, 0. gr. 24' ♋; *& punctum occidens* 0. gr. 24' ♈; *angulum qvoq; Orient.* 65. 30'. *Punctum Occidens subtractum à loco Solis, relinqvit* 1. *Sign.* 17°. 36', *hoc est*, 47°. 36' *distantiam Solis, à puncto occidente; cum his, & angulo Orientis, ingredior Tabulam pag.* 62, *& extrahò angulum (correct. corrig:) qvæsitum* 35°. 15'. *cujus complementum est* 54°. 45'. Ad hujus mensuram, si observator, (attento hoc, qvod, quæ in cœlo sint dextra, in radio fiant sinistra, & vice versa: qvæ in cœlo sunt supra, in radio sint infra; & è contra:) ad lineam horizonti parallelam per centrum aliam duxerit; habebit Eclipticam, ad cujus ductum, facilè explorabit & delineabit motum, & tractum macularum Solarium. Complementum inventi anguli verticalis cum Ecliptică ad Semicirculum, potest etiam ab inferiori puncto diametri perpendicularis incipiendo, numerari in plagâ, plagæ cœli oppositâ, & ubi numerus hic finitur ab eo puncto per centrum radii, Ecliptica duci. Qvi v. maculârum Lunarium inclinationem venantur, ii primò (juxta tenorem capitis antecedentis) ex angulo Orientis s. altitudine nonagesimi, faciant altitudinem orbitæ Lunæ propè veram, eam, ac si esset angulus Orientis, in fronte Tabulæ, distantiam vero Lunæ, à puncto oriente vel occidente, in margine qværant; & dat communis concursus (correctis corrigendis si opus fuerit) angulum, qvem circulus verticalis cum orbita Lunæ facit, cujus complementum ad qvadrantem, est angulus, qvem circulus latitudinis in centro Lunæ, cum verticali format, qvæsitus.

IV. Tandem & præcipuus usus in Eclipsibus luminarium, ad investigandam inclinationem principii, & finis, defectus.

Ea res in observationibus Eclipsium, præsertim Solarium, summe necessaria est. Qva n. qvæso ratione, debite attendet OBSERVATOR principio defectus, cum nesciat, in qvo radii puncto respectu verticalis, & utrum ad dextram v. sinistram inceperit? cognitâ v. Inclinatione, facillimũ est, merum principium animadvertere, & hinc de vera duratione definire. Hujus igitur inclinationis primum Elementum, hæc Tabula anguli verticalis cum Ecliptica suppeditat, cujus complementum perpetuò est arcus, quem qværimus, qui semper est ad eam plagam à circulo verticali, in quam plagam est Luminare, respectu Nonagesimi. Alterum v. Elementum eruitur, si per summam semidiametrorum, scrupula casus (Astronomicè facillime) dividuntur: qvæ enim in quotiente sunt scrupula, in Tabulam Primam Sinuum scrupularium immittantur; & qvi per ea extrahitur arcus, est ipsum elementum secundum qvæsitum; qvod ad principium Eclipsis Solaris, respectu circuli latitudinis, semper est ad plagam occidentis; in fine semper ad plagam Orientis. In Lunaris vero principio, semper ad plagam Orientis, in fine semper ad plagam occidentis. Hæc porrò duo elementa si ejusdem plagæ fuerint, [utrumq; vel orientem vel occidentem versus] communi titulo retento, adduntur: Si vero diversę (altero versus ortum, altero versus occasum, constituto;) minus à majori subtrahitur, & majoris titulus retinetur; eritq; inventa inclinatio qvam qværebamus. Exempla propter brevitatem non addo, in doctrina enim Eclipsium infra occurrent. Atq; hæc sunt quæ in doctrina Sphæricâ minus hactenus usitata, usus tamen expeditioris gratiâ, valdè necessaria, Lectori breviter proponere volui. Interim ut plenariam doctrinæ sphæricæ tractationem susciperem, non passa est instituti ratio, cum hujus generis Tabulæ, (ut omnium Artificum hactenus edita opera testantur,) partem Astronomiæ Theoricam (ut vulgo vocatur) qvæ Planetarum motum & affectiones monstrant, potissimùm sibi propositũ habent: sphæricis ad suos Autores amandatis: Qvæ primæ partis Tabulæ adhuc explicandæ restant, scilicet de temporis æqvatione, & reductione, præparatoria sunt ad tractationem Tabularum secundæ partis.

CAPUT

CAPUT VIII.

DE USU TABULARUM ÆQVATIONIS TEMPORIS.

Hic statim initio, Astrophilo Tyroni probè perspiciendum est, quid sibi velint isti duo termini, *TEMPUS ÆQVALE s. MEDIUM; ET TEMPUS APPARENS*, hæc enim duo in hac consideratione mutuò sibi opponuntur: Tempus ergo *ÆQVALE* (ego hypotheticum, eo qvod ejus mensura, in sola mente supponatur, & extra hanc, nullam realitatem habeat, facilioris comprehensionis ergo, vocare malò) est, ea durationis & motuum mensura, cujus omnes partes, ad amussim sibi æqvales, & similes ab Artificibus supponuntur, ut omnes, & temporis apparentis, & motuum ab æqvalitate excessus, & defectus, ad hujus mensuram æstimare, definire, & dijudicare possint. Aliàs etiam *MEDIUM* vocatur; eò, qvòd inter extrema, id est, inter omnem tarditatis & celeritatis excessum, & defectum exactè mediet; & hoc tempus, Artifices in omni motuum mensurâ & determinatione usurpant, neq; qvicqvam, (si extrema præcisio urgeatur) in Arte, sine hac suppositione præstare possunt. Tempus verò *APPARENS*, (ego, physicum & reale, eò qvod ejus mensura partim physicas intensiones & remissiones, tàm ordinarias, qvàm extra ordinarias: partim mathematicas inæqvalitates realiter suscipit; denominare soleo); est ea durationis & motuum mensura, qvam temporis index Sol, inæquali suo ad meridianum accessu, revera facit inæqvalem. Eo Tabulæ Astronomicæ in correcto non utuntur, nisi beneficio æqvationis temporis prius ad medium reducatur. Hæc de terminorum acceptione dicta sufficiant.

Fundamentum porrò hujus rei hoc est, Temporis qvatenus hic consideratur index est Sol; hic motu suo proprio, *annuo*, primariam illam Temporis speciem, spacium $365\frac{1}{4}$ ferè dierum; communi v. sive primo motu, *DIEM NATURALEM*, id est illud postremum Temporis Elementum, spacium 24 horarum conficit. Illius mensura in Ecliptică; hujus in æqvatore fundatur. Cæterum, dum Sol motu proprio Eclipticam permeando, annum definit; Interim æqvator pro 365 diebus tot revolutiones absolvit; & propter Solis diurnum additamentum, per annum in integram revolutionem excrescens, unam qvoq; addit; ita ut annus communis 365 dierum, æquatoris 366 integras revolutiones contineat. Hæc adjectitia aqvatoris revolutio, per 365 dies 15 min. dividitur, & provenit diurnum arcus culminis Æqvatorei *ÆQUALE* additamentum 59'. 8'', ut dies æqualis 360° 59'. 8'' æquatoris constet: *APPARENS* vero, modo plus, modo minus adjiciat; ac proinde æquatione, & ad æquale reductione, indigeat. Pro tempore n. æquali, duo fundamenta ab artificibus supponuntur; alterum Physicum, alterum Astronomicum.

Physicum est, motum æquatoris sive primi mobilis, in quocunq; corpore is concipiatur, esse regularissimum & æqualem, nullasq; intensiones, aut remissiones, neq; ordinarias, neq; extra ordinem suscipere. Fundamentum Astronomicum est, Solem, Temporis indicem, à meridiano ad meridianum motum, arcui culminis æquatorei primi dici, adjicere perpetuò altera die, præter integram revolutionem, 59'. 8'' æqvatoris. Ut si in meridie alicujus diei arcus culminis æquatorei fuerit 80°. 20', sequentis diei meridie sit 81°. 19'. 8''. Physicum suppositum creditum est qvovis ævo Astronomico, usq; ad Tychonem, sub quo vacillare cœpit, ut postea monebo: Astronomicũ verò de additamento æquali, in tempore apparente, quævis Astronomorum ætas refutavit, vi demonstrationis, utut physicum, ac si immotæ veritatis esset, retinuerint. Viderunt enim artifices, si additamentum illud æquale esse deberet, necessariò hæc duo præsupponi; primum Solem per Eclipticam moveri, motu medio, & singulis diebus 59' 8'' conficere, secundò arcum culminis æquatorei ubiq; æqualem esse arcui Ecliptícæ: quorum utrumq; falsum est Sol n. nostro tempore non procul ab æquinoctiis, diurnum mediocrem per unicum diem ostendit; in ♋. v. 57'. 4'', progreditur: in ♑ 61'. 18'', & proinde à 57'. 4'', ad 61'. 18'', & vice versâ, per totum annum variatur diurnus Solis verus. Deinde in ♑ uni gradui Ecliptícæ solummodo 55'. 11'' æqvatoris respondẽt; In ♋ & ♑ uni gradui Ecliptícæ 65'. 27''

conveniunt. Atq; hæc duo, inæqvales scilicet Solis diurni, & inæqvales æqvatoris ad Ecliptica portiones diurnæ, dies apparentes faciunt inæqvales, ut pote, per totum annũ, & ab æqvalis diei qvantitate, & à se invicem dissidentes; hæc duo sic complicata, faciunt diem apparentem ab æqvali dissonum. Ut, Sol nostro tempore, in principio ♈ constitutus, meridianum transiens, diurnum in Ecliptica habet 59′.24″; illi, in Tabula arcuum culminis æqvatorei competit, portio diurna, 54′. 28″; qvæ alterâ die Sol meridianum transiens, ad integram revolutionem æqvatoris addit; deberet v. addere 59′. 8″ mensuram æqvalem, differentia est 4′. 40″ æqvatoris, qvæ in tempore faciunt 19″ ferè, qvibus dies apparens brevior est medio ſ. æqvali. In principio ♋, diurnus Solis verus in Ecliptica 57′. 4″, dat in æqvatore portionem diurnam adjectoriam 62′. 45″; qvæ superat mediam illam 3′. 37″, æqvatoris, id est 14½″ temporis, qvibus dies apparens longior fit medio. In principio ♎, diurnus Solis verus 61′. 18″, dat portionem æqvatoris diurnam adjectoriam 66′. 34″, superans medium 7′. 26″ æqvatoris, qvæ ferè medium minutum ſ. 30″ faciunt, qvibus dies apparens longior est medio. Atq; hæ differentiæ à certo principio inceptæ, & per plures dies aggregatæ, constituunt temporis æqvationem demonstrativam, qvam Tabula utraq; tàm Tychonica, qvàm qvæ alterius partis demonstrativæ titulum gerit, junctim continet. Hæc bene Lector notet. TYCHO verò, per continuas multorum annorum observationes ad Lunam habitas, animadvertens, demonstrativam Temporis æqvationem à Lunæ motibus non comprobari, videnſq; demonstrationis leges Astronomicas fundari, in physicâ suppositione regularitatis æqvatoris; CAUSAS VERO MOTUUM ESSE PHYSICAS, AC PROINDE INTENSIONI, & REMISSIONI OBNOXIAS; dubitare cœpit de supposito isto physico, motum æqvatoris esse regularissimum, & maximè æqvalem; cum videret, motum illum, cum accessione Solis ad terram intendi; recessu minui. Valedicens itaque æqvationi demonstrativæ, primum solummodo ejus elementum, ex inæqvalitate arcuum æqvatoris ad Ecliptica proveniens, retinuit: altero, qvod ab inæqvalibus Solis in Ecliptica diurnis provenit, planè rejecto; ac si illud Solis ad terram accessus, & recessus, exactè compensaret. Ac proinde hic modus, à merâ experimentatione, non malè, empiricus ſ. exprimentalis appellatur. KEPPLERUS Magistri sui TYCHONIS effato, causas motuum esse physicas, id est, intensivas & remissivas, fretus; ratusq;, nisi acceleratio & retardatio, ex illo Solis ad Terram accessu, & recessu, interveniret; circuitum Solis ſ. annum Solarem non $365\frac{1}{4}$′, sed solummodo 360 dierum, (in qvot gradus etiam circulus dividitur) futurum, ex illo $5\frac{1}{4}$′. dierum superadditamento, à priori æqvationis, partem physicam constituit, qvæ non solum id, qvod Tycho empirice rejecerat, pensaret: sed insuper plus in contrarium, solida scilicet 13 scrupula Temporis, in maximo æqvationis termino, postularet. Sicut in Rudolphinis videre est, pagin: 32. Et cum è diligentissima Eclipsium observatione animadverteret, Lunam, circa æqvinoctium autumnale celeriùs, circa vernum tardiùs, ad Solem & Telluris umbram accedere; suspicatus est, Lunam à ☉lis apogæo ad ejusdem perigæum, extra ordinem motum accelerare, à perigæo rursus apogæũ versus, eundẽ retardare; qvartam æquandi rationem, qvam à menstruo ☽æ circuitu menstruam vocat, adjecit, ut videre est in Præceptis Tabul: Rudolphinar: pag. 111. Cum igitur meæ Tabulæ eodem plane, qvo Rudolphinæ fundamento innitantur, non censui ullum horum æqvandi modorum esse omittendum, sed omnes Lectori proponendos; ut de unoquoq; judicium ferre, & qvâcunq; uti libeat, cum sequi possit.

MODUS excerpendi brevis hic est; ut in prima ſ. Tychonicâ Tabula, signum ☉lis in fronte, vel calce, gradum in margine vel sinistro, si Signum in fronte inveniatur; vel dextro, si signum in calce repertum fuerit, qværamus. Concursus enim lineæ & columnæ, scrupula prima & secunda temporis, dabit: Titulus v. fronti superscriptus, vel calci subscriptus, notam additionis v. subtractionis; juxta qvam Tempus apparens ſ. inæqvale, æqvale, & usui Tabul: jam aptum redditur. Exemplum. *Sit* ☉ *in* 20° ♉, *Tempus*

pus apparens à meridie numeratum detur, ☽ *hor.* 43′. 30″, *ad qvod, è Tabulis computandus sit, locus Lunæ, vel alterius Planetæ. Jam, qvia ad temporis apparentis mensuram, nullæ Tabulæ construi possunt: sed ad medii solummodo. Tempus verò hoc propositum sit apparens; ad medium ſ. æquale, beneficio æqvationis redigendum. Ergo ingredior pagin. 65, primam æqvationis Tabulam, qværendo Signum* ♉, *qvod in fronte reperio, & 20° in margine sinistro; & exhibet communis concursus* 9′. 51″, *eâ frons in qvo signum* ♉ *reperiebatur, titulo suo jubet subtrahere ab apparente, qvo facto, fit medium & calculo tabularum aptum* ☽. *hor.* 33′. 39″: *nempe æqvatione Tychonicâ.* Secundo, pro demonstrativâ æqvatione, retinetur qvidem Tychonica, ut primum Elementum: sed mox, locus apogæi Solis, qvod nostro tempore in 6½ ♋ hæret, à dato loco Solis subtrahitur, ut restet vera distantia Solis ab apogæo. Cum hâc distantiâ, ingredior Tabulam æqvationis secundam, qvæ titulum habet; *pars altera demonstrativa*, qværendo Signum in fronte, vel calce, gradus in margine; vel sinistro, vel dextro; & dat communis concursus æqvationem qvæsitam. Ut in nostro Exemplo, *Si locum apogæi Solis, nostri temporis* 6½ ♋, *subtraxero à* 20° ♉, *remanent* 10 *Sign.* 13°. 30′; *Signa* 10, *invenio in calce Tabulæ, gradus, in margine ascendente, & adhibitâ correctione, dat communis concursus* 6′. 3″, *cum titulo ex calce adde; Ergo Tempori per Tychonicam æqvationem (ut primum Elementum) jam correcto,* ☽ *hor.* 33′. 39″; *addo inventam æqvationem, & erit tempus demonstrativè correctum,* ☽. *hor.* 39′ 42″. Tertiò, si Physicè æquare voluero, ità procedo, sicut in secundo modo; qværendo distantiam Solis, à suo apogæo, & cum illa, extraho è tertia æqvationis Tabula, partem physicam, qvam, juxtà titulos frontis vel calcis, tempori per Tychonicam æqvationem jam correcto, applico, & provenit tempus physicè correctum. Ut in nostro exemplo; *cum distantia Solis ab apogæo* 10. *Sign.* 13 *gr.* 30′, *ingredior tertiam Tabulam, & qværendo Signum in calce, gradus in margine dextro, (correctis corrigendis) extraho* 9′. 59″ *cum titulo subtrahe; qvi monet, inventam æqvationem, à tempore per Tychonicam æqvationem jam correcto, subtrahendam esse: fit ergo tempus Physicè correctum* ☽. *hor.* 23′. 40″. Qvartò, nec alius est æquandi modus per æqvationem menstruam, hoc solummodo observato, ut locus apogæi Solis à verò loco Lunæ subtrahatur, (ut tituli monent,) & per distantiam hanc æqvatio excerpatur; & juxta titulos, Tempori jam prius (ſ. Tychonicè demonstrative, sive physicè,) æqvato, applicetur. Ut in nostro exemplo; *si Luna tunc simul reperta esset in* 20 ♎, *subtrahendus esset locus apogæi Solis, à loco Lunæ, restarent* 3. *Sign.* 13°. 30′, *distantia Lunæ ab apogæo Solis; cum hac ingredior Tabulam qvartam, & extraho* 19′. 28″, *æqvationem menstruam, cum titulo è fronte adde; monente Lectorem, æqvationem ad tempus jam æqvatum esse addendam; ita fiet tempus prius correctum, Tychonicè qvidem,* ☽. *hor.* 43′. 52″; *demonstrativè,* ☽ *hor.* 59′. 8″; *physicè,* ☽. *hor.* 43′ 6″. Atque hi sunt modi, temporis æquandi, è quibus Lectori liberum est eligere, quem voluerit. Si verò, tempus medium in apparens commutandum est; idem prorsus est processus, tituli solummodo mutantur in contrarium; ex adjectoria fit subtractoria, & vice versa. Non ægrè ferat Lector, qvod in hac materia ita prolixa fuerim; Ipsa enim rei indoles, etiam exercitatos Artifices exercens, non passa est, qvæ dicta sunt, sicco pede transilire.

CAPUT IX.

DE USU CATALOGI LOCORUM.

CÙm Tabulæ Astronomicæ ad certum meridianum restringuntur; Terræ verò Globositas efficit, ut unum & idem Temporis per se considerati momentum, diversis locis diversum sit; ac proinde, Tabulæ in suo tantùm meridiano accuratæ sint; necesse est, *pro universaliori earum usu*, scire, qvantâ temporis differentia, locus, ad quem ex his Tabulis, aliquis motus cœlestes computare voluerit, à Tabularum meridiano

vel versus ortum, vel versus occasum removeatur. In hunc finem exhibeo Lectori Catalogum qvorundam Locorum, non qvidem ex Rudolphinis exscriptum: sed multo labore a Marito, (non modo qvo ad longitudines; sed etiam qvo ad poli Elevationes) studiosè correctum, ex ejus permissione, qvi etiam hujus rei cuilibet Geographo intelligenti rationem reddet; praesertim, correctarum Elevationum polarium. Verbi gratia; *Francofurto ad Oderam cur tribuat Elevationem 52° 33′? Cum Origanus ex observatione, 52° 20′ solummodo illi concedat; Respondebit enim Origani observationem esse bonam & legitimam; fundamentum v. cui innititur, esse vitiosum. Ille enim ante publicatas Tabulas Tychonis, calculo Prutenico fidem habuit, ac si is locum ☉lis exactè repraesentaret; qvi tamen circa æqvinoctium vernum tunc temporis ad 36′ à cœlo defecit. ☉ igitur qvi Origano visus est è calculo in ipso æqvinoctio constitutus, revera habuit 0° 36′ ♈. Et vitio declinationis, æqvatoris altitudo 14′ altior justo, supposita est.* Et ea fuit causa Marito, ut in Eclipsi Solis 1598, ex observatis Francofurti Altitudinibus, adhibito calculo Tychonico, altitudinem erueret 52°. 34′; pro qvibus, ob connexionem cum aliis locis concinniorem posuit, 52°. 33′. Sunt & alia loca, qvorum altitudines polares idem vitium Prutenicarum corrupit, Artificibus omnia circa observationem alioqvin ritè administrantibus. Scisciranti qvoq; cur inter Aqvas Sextias Provinciæ, & Gedanum, differentia longitudinis sint sola 51′, cum etiam correctissimæ chartæ Geographicæ, ad 15½ gradus utrumq; locum à se invicem dirimant; id est, horâ 1, & duobus minutis? Respondebit, magis credendum esse cœlo, qvam inveteratæ consvetudini credendi chartarum autoritati. Cum igitur anno Christi 1621 e fine Eclipsis Solaris utrobiq; observato, ista duo loca, non plus 49¾ à se invicem distare deprehensa sunt; correxit distantiam, noluit tamen (propter concinnitatem cum aliis locis) nodum in scirpo qværere: & reliqvit differentiam 51′. Hæc obiter.

Qvod Tabulam ipsam concernit, nomina locorum juxta seriem Alphabeti disposita & inserta sunt, cuilibet loco sua plaga; versus Orientem sub nota ort:, versus occidentem, sub nota occ:, & Temporis mensura, in horis & minutis (qvibus à meridiano Tabularum, v. versus ortum, v. versus occasum, removentur) additæ sunt. Subjuncta qvoq; est Altitudo poli, qvantum fieri potuit correcta.

In usu porro duplex casus occurrit. Primus est, cum ad certum (& à Tabularum meridiano, vel versus ortum vel versus occasum, remotum) aliqvem locum, certamq; sub illo meridiano horam, è Tabulis meis COMPVTANDI *sunt motus.* Tunc differentia Temporis, reperta in locis versus ortum sitis, ab hora proposita, subtrahitur; in locis versus Occasum, Addicendo. Veluti, *jubeatur calculator in meridiano Cracoviensi, ad horam 6 36′ alicujus diei, ex his Tabulis, computare motus; qværiturq;, in qvam horam & minutũ in meridiano Tabularz hoc propositum Tempus incidat. Ingreditur igitur Catalogum locorum, & sub litera C qværit Cracoviam; huic adscribitur Ort: denotans, locum à meridiano Tabularum versus ortum removeri; additur 0. hor. 28′, differentia Temporis: qvæ qvia locus versus ortum est, à proposito tempore subtrahitur, & fit tempus in meridiano Tabularum 6′ 8″* Aliud Exemplum, *detur in Conymbriensi meridiano, hora à meridie 4; qværitur, qvam horam, horaq; minutum, in meridiano Tabularum hoc tangat? Ingrediatur calculator Catalogum, & ad Conymbriam inveniet notam Occ:, denotantem, hujus loci meridianum removeri à meridiano Tabularum versus Occasum, addita est etiam hor. 1. 17′ differentia meridianorum, qvæ ad tempus propositum (qvia locus est ad occasum) additur, & fit tempus in meridiano Tabularum hor. 5. 17′.*

II. casus est, cum vice versâ, motus ad certam horam sub meridiano Tabularum jam COMPVTATI *sunt, qvod fit in Ephemeridibus; qværiturq;, qva*

hora

hora sub alio meridiano id accidat? Hic cuiq; loco, adscripta differentia in locis versus ortum sitis, additur; ad Tempus sub meridiano Tabularum datum in iis versus Occasum, ab eodem subtrahitur; & pro venit tempus sub meridiano loci propositi. *Veluti, sit computata Eclipsis ad meridianum Tabularum, aut alius motus, indicatq; in horam à meridie 10, 30, qværiturq; qvo Tempore Moscuæ hoc accidat? Ingredere Catalogum locorum, & invenies ad Moscuam notam Ort. & tempus hor. 1. 55′. denotantem hujus loci meridianum versus Ortum per 1. horam 55′ removeri à meridiano Tabularum. Hanc Temporis differentiam (qvia locus est versus ortum) adde ad Tempus sub meridiano Tabularum datum, & procreabis hor. 12. 25′ in meridiano Moscuæ: si vero de* LUTETIA PARISIORUM *qvæstio fuerit, qvâ id hora contingat? Catalogus Locorum Lutetiæ dat titulum Occ: differentiam Temporis hor. 0. 36, qvæ (qvia locus ad occidentem removetur) subtrahitur à dato, sub Tabularum meridiano Tempore, & remanent hor. 9. 54′, Tempus sub meridiano Parisiensi. Hac ratione omnis reductio ad diversos meridianos, & vice versâ, perficitur.*

CAPUT X.

DE REDUCTIONE EPOCHARUM QVARUNDAM AD SECULUM NOSTRUM, DEQ; CONNEXIONE EARUM CUM ANNIS NOSTRI SECULI.

Non puto Lectorem latere qvid EPOCHA significet. Est qvippe certum temporis momentum, peculiari & memorabili aliqvo eventu, clarum, & nobilitatum, à qvo tamqvam principio, certæ Gentes, Sectæ, aut Ordines, suos annos numerare, & deducere solent. Ita nos CHRISTIANI à NATIVITATE DOMINI, *TURCÆ* à Transmigratione Prophetæ sui, qvam *HEGIRAM* vocant. *PERSÆ* à morte *JESDAGIRDIS*, annos numeramus. Olim à morte ALEXANDRI, à CREATIONE, à *DILUVIO*, & plurimis eventibus. Ab ætate *PATRIARCHARUM*, *REGUM*, ab initio *IMPERII IMPERATORUM, PONTIFICUM*, &c: numeratum est. Qvas omnes recensere, & applicare velle, res intricatissimæ perplexitatis foret; sufficit PRO usu Tabularum mearum scire, qvid in illis Epocha sit; & qvomodo aliæ cum his connectantur.

Cum vero in Exercitio Astronomico (non item in foro politico) arbitrio locus sit, eligendi sibi Epocham susceptо negotio commodiorem & aptiorem; Ego qvoqve eo jure usa (qvod Lector probe notare velit) ad facilitandum calculum Astronomicum, ad feliciorem Chronologiæ, & Historiographiæ elucidationem; Centum Epochas constituo, nimirum, annos Seculi nostri, ab anno CHRISTI 1600 usq; ad annum 1700, inclusivè numeratos. In his singulis, non completis; sed currentibus, meridies primi Januarii styli veteris ſ. JULIANI est peculiaris EPOCHA, à qva retrò, & porrò, omnes annos Centenariis differentes, numero, tam præteritos qvam futuros. Ad has Epochas Centum, exhibeo (in omnibus planetis) Tempora ab apogæis, autapheliis; loca apogæor: & apheliorum; loca qvoq; nodorum evehentium; qvæ omnia, ut paulo post monebo, beneficio reductionis Secularis, ad qvodvis propositum tempus facile reduco.

Verum ut aliæ, Astronomis usitatæ Epochæ nonullæ, cum his Tabulis conferri possint, exhibeo earundem Decem: Octo qvidem ante; duas vero post Epocham Christianam, connexas jam cum Epochis meis, ist est, annis nostri seculi: In margine sinistro sunt anni à CHRISTO, vel retrò, vel porrò numerati. Ad Singulas enim in primâ ad dextram numerorum serie, addo annum nostri Seculi, cum qvo, dicta Epocha per Secula ſ annorum Centenarios convenit. In secunda serie adjicitur intervallum annorum, a proposita Epocha ad annum Seculi nostri, ejusdem secularis Symboli, elapsorum; qvod in Chronologia volupe est, annos hac ratione statim connecti. *Verbi gratia: Epocha illa: celebris Olympiadum, à qvâ omnes ferè Græci Scriptores annos numerant, an: 776 ante Epochã Christianam incidit, qværitur cum qvo anno nostri Seculi symbolum seculare habeat, qvotq; Secula effluxerint? Ingredior ergo Tabulam Epocharum pagin: 71; qværendo Epocham Olympiadum, qvam in secunda linea invenio; Huic in*

margi-

margine sinistro 776. ante CHRISTUM, in prima serie adscribitur annus CHRISTI 1625 secunlariter (s. per Centenarios) cum Epocha Olympiadum symbolizatus. In secunda serie habetur intervallum annorum 2400. Dico igitur Anno CHRISTI 1625, in mense julio, 2400 annos (s. 24. secula) effluxisse, ab eò Tempore, quo ludi Olympiaci sunt instituti.

Ita anno CHRISTI 1671, 28 Juli Styli veteris, elabuntur 2000 anni, ab eo Tempore, qvo *CALIPPUS* annum *GRÆCORUM* correxit, ut annus Lunaris ad Solarem arctius per periodos alligaretur. Simile judicium est de reliqvis. Annus porrò nostri Seculi Symbolizatus, nec non intervallum, hac simplicissima ratione invenitur; nempe numerum annorum ab Epocha CHRISTI retrò numeratorum, unitate minutum, aufer è centenario proximè majore, qvod restat, adde ad 1600, & provenit annus nostri Seculi cum proposito anno secunlariter symbolizatus; etiam ratione bissextilitatis. Centenarium v. illum majorem, & 1600, perpetuo adde, & habebis intervallum seculorum præteritorum. Exempli gratia. *Detur annus ante CHRISTUM 958 vus, & qværitur, cum qvo anno nostri seculi secunlariter Symbolizato sit? qvantumq; seculare intervallu? Numerum annorum propositum, unitate minutum, scilicet 957, aufer è centenario proximè majore, nimirum 1000, remanent 43, qvæ addita 1600, dant 1643. annum Seculi nostri, cum proposito anno secunlariter symbolizatum, nempe tertium à bissextili. Eundem centenarium majorem, à qvo subtractio facta est; adde ad 1600; fit intervallum 2600 seculorum præteritorum.* Si vero propositum Tempus fuerit post CHRISTUM natum, numerus infra centum, additus ad 1600. dat annum seculi nostri, cum proposito anno secunlariter Symbolizatum. Centenarii v. (minor à majore subtractus,) dant seculare intervallum. Exempli gratia. *Annus post CHRISTUM 98, symbolum seculare habet cum anno nostri seculi 1698; & intervallum seculorum præteritorum est 1600. Sic annus à nato CHRISTO 1842. Symbolum seculare habet cum anno nostri seculi 1642: Intervallum v. seculorum futurorum 200.* Atq; hac ratione & anni secunlariter Symbolizati, & numeri intervallorum, in Synopsi eruti sunt.

Est & hujus connexionis alia magna commoditas, in Stylo Juliano retrò extenso, có qvod in qvolibet proposito anno, ita dudum elapso, monstrat, utrum bissextilis, vel qvotus à bissextili sit? Manent enim anni, per secula Symbolizati, ratione bissextilitatis ubiq; similes. *Ut in prima Epocha scilicet Creationis Mundi, secundum Kepplerum. Si qværatur bissextilis ne, an communis sit, in stylo Juliano retrò extenso? Hic annus, qvia in nostro seculo cum anno CHRISTI 1608 bissextili secunlariter Symbolizatus est; dico illum etiam fuisse bissextilem; si tunc stylus Julianus fuisset in usu.* Ex his porrò Epochis, propter calculum, ad antiqvas observationes, ex his Tabulis reducendum, hæ Tres præcipuè necessariæ sunt. 1, Olympiadum; 2, Periodorum Calippicarum; & 3, *PTOLEMÆI PH'LADELPHI*, qvæ secundum Dionysium dicitur: de qvibus sigillatim qvædam præmonenda sunt. Primò si offeratur observatum antiqvum stylo Olympiadico conscriptum, siqvidem autores Olympiades currentes numerant, subtrahe perpetuo numero Olympiadum proposito 1; residuum per 4 multiplica, & qvi emergit numerus, ei adde annos ejus Olympiadis completos, & habes numerum annorum ab Epocha Olympiadum elabentium. Hunc à numero Epochæ, è sinistro margine, scilicet 776 aufer, & restat numerus anni à Nato CHRISTO retrò numerati: qvem ut supra monstratum, cum nostro seculo, secunlariter connecte, nec non intervallum exqvire, & erit præparatum & reductum tempus, ad motus è meis Tabulis compendiosissimè computandos. Exemplum. *Detur annus Olympiadis 48væ 4tus, In qvo magna ☉lis Eclipsis à THALETE MILESIO prædicta, observata est. Qværitur cum qvo nostri Seculi anno, dictus annus secunlariter Symbolizatus sit, & qvantum annorum intervallum intercesserit? Ergo Olympiadi 48 currenti aufer 1; remanent 47 completæ, has per 4 multiplica, fiunt 188 anni completi qvibus adde tres completos, fiunt 191. Hi, ab Epocha Olympiad: 776 subtracti, relinqvunt 585. annum ante Epocham CHRISTIANAM currentem, qvo propositæ Olympiadis annus qvartus incipit circa Solstitium: minuti unitate, fiunt 84, qvi subtracti è centenario*

proxime majore, relinqvunt 16, qvi additi ad 1600, faciunt 1616. Ergo dictus annus cum anno Christi 1616. Symbolum seculare habet, tumq; bit sit bissextilis; utiq, & ille erat bissextilis. 600 vero additi ad 1600, post CHRISTUM faciunt 2200, verũ intervallum annorum. Dico igitur qvod anno CHRISTI 1616 elapsi sunt 2200 anni, ab eâ magnâ Eclipsi, qvam Thales Jonibus prædixerat. Ad hunc modum omnes anni Olympiadici tractantur. Notet obiter Lector; Plinium numerare, annum Olympiad: 48 qvartum reliqvos Olympiadum Computatores tertium; inferet ergo non nemo: dissentire authores; verum nullus dissensus est. Cum enim hæc Eclipsis 28 Maij Styli Juliani retrò extensi inciderit ante Solstitium, Olympiadici v. scriptores annum circa Solstitium demum inceperint; veraciter scribunt hanc Eclipsin in tertium annum hujus Olympiadis currentem incidisse. Plinio v. qvi more Romano, annum à Bruma orditur, jam currebat annus qvartus. Id qvod etiam in aliis Græcorum Authorum relationibus studiosè observandum est: Qvousq; enim tempus propositum ex anni mensibus 6 prioribus notant; tunc semper connexio cum Stylo Juliano coincidit, sin v. ex ultimis, sicut hic fit; & post seqventis anni Juliani calendas Januarias incidat, Olympiadici respectu styli Juliani, semper uno anno deficiunt. Qvod etiam in periodis Calippicis, & in Cyclo Metonis accidit.

Secundo: si offeratur annus Styli Calippici, s. correctionis anni Græci, in qvo plurima antiqva (magnæ æstimationis) observata conscripta sunt; periodos completas per *76* multiplica; numero emergenti adde annos ejus periodi completos; summam ab Epochâ aufer, & habebis annum ante CHRISTUM, qvo circa Solstitium, propositus annus Calippicus incipit. Qvi postmodum cum seculo nostro facile connecti, & intervallum annorum inveniri potest. In Exemplum sit, annus 32 currens Tertiæ periodi Calippicæ (Hipparchus in eo Eclipsin Lunæ observavit) & qværitur, qvotus sit ante natum CHRISTUM? & cum qvo nostri Seculi anno Symbolum seculare habeat? qvantum qvoq; intervallum annorum? *Ergo periodos duas completas per 76 multiplico, & produco 152 annos, his addo completos annos currentis priodi 31, fit summa 183, qvam aufero ab annis Epochæ 330, remanent 147 ante CHRISTUM natum: Eo qvippe anno, circa solstitium, incepit annus 32 tertiæ periodi Calippicæ; Symbolo seculari cum anno CHRISTI 1654 cohærens, intervallo annorum 1800. Tot qvippe anni Juliani circa solstitium anni CHRISTI 1654 elabuntur ab eo anno, qvo incepit 32, tertia periodi Calippicæ.* Aliud Exemplum. *Proponatur annus primæ periodi Calippicæ trigesimus sextus. THIMOCHARIS enim die 15 Elaphebolionis, noni mensis ejus anni, ALEXANDRIÆ observavit Lunam margine suo orientivo, fixam illam, qvæ spica myis dicitur, attingere. Qværitur qvoto ante CHRISTUM anno id acciderit? Et cum qvo Seculi nostri anno (ut calculus inde facile deduci possit) secunlariter Symbolizetur? qvantumq; sit seculorum intervallum? Hic qvia nulla est completa periodus; sed prima adhuc currit, annum completum 35 ab Epocha 330 subtraho, remanet 295 ante CHRISTUM, qvo ipso, circa Solstitium cœpit annus 36tus primæ periodi Calippic. s. emendationis anni Græci:* verum qvia mensis ejus anni nonus currit ipse observationis dies in annum ordine qvidem numerationis directæ seqventem, sed numeratione retrograda; antecedentem incidit; scilicet in annum ante CHRISTUM 294 die nona Martij. Et sic cum anno Seculi nostri 1607 intervallo 19 Seculorum s. 1900 cohærens. Alia ejusdem *observatio Lunæ, supremam in fronte scorpii margine attingentis, die 25. mensis 6, Posideonis currentis accidit, qvæ incidit in annum ante CHRISTUM 295 diem 20 decembris, secunlariter cohærentem cum anno seculi nostri 1606, intervallo 1900 annorum.*

Tertio, si offeratur Tempus ab Epocha Ptolemæi Philadelphi, v. ab authore hujus formæ, Dionisianâ dictâ numeratum, (de qvâ qvædam in Synopsi monui,) qværiturq; cum qvo Seculi nostri anno annus propositus secunlariter Symbolizatus sit? tum qvoq; intervallum: non dissimilis est ratio. Anni enim completi auferuntur ab Epocha, & habe-

tur

tur numerus anni ante CHRISTUM currentis, qvo dictus annus in Solstitio incipit; Ubi probè notandum est. Siqvidem & hæc Epocha à Solstitio numeratur; si Tempus post diem septimum Capricornionis, usq; ad solstitium proximè seqvens, offeratur; id pertinere ad annum, numeratione directâ seqventem, retrogradâ verò, antecedentem. Exempli gratia. *Detur annus Dionysianus 23. in eoq; 20mus dies Aqvarionis, qværitur, cum qvo nostri Seculi anno Symbolum habeat, & qvanto seculorum intervallo ab invicem distent? Ergo completos 22 aufero ab anno Epochæ 285, remanent 263 ante CHRISTUM, qvo, in ipso Solstitio, annus 23 Dionysij incipit.* Verum qvia dies post 7mum ♒nionis datur, pertinet hoc Tempus numeratione retrogradâ ad annum antecedentem, scilicet, ante CHRISTUM 262, qvi cum nostri Seculi anno 1639, tertio à bissextili, intervallo 1900 annorum cohæret; dies vero ♒nionis 20mus (ut ex Typo apparet) incidit in 11 Februarii styli Juliani retro extensi, primus enim dies ♒nionis semper incidit in 23 Januarii (qvi 31 dies habet) ergo 20mus in 11. Februarii. Plura Exempla infra in calculo ☿rii occurrent.

Reliqvarum Epocharum, ut qvæ à Nabonnassaro Annorum Solarium vagorum: nec non qvæ ab Hegira annorum ☽rium vagorum; qvi locupletiorem explicationem desiderat, adeat Rudolphinas paginâ 38, 39 40 & ibi satis sibi faciat. Ego v. qvæ nec actum agere, neq; alienum laborem pro meo divenditare volo, satis feciſſe mihi videor, si præcipua, & magis necessaria attigero. De stylo Gregoriano breviter notandum est, dies ejus, ad stylum julianum, qvem Tabulæ hæ observant, facilè reduci posse, subtractione certorum dierum, qvorum numerus pro varietate seculorum etiam variat. A 5.n. Octobr. anni CHRISTI 1582 usq; ad 24. Feb. ann: CHRISTI 1700 subtrahuntur dies 10. inde usq: ad 24. Febr. anni 1800, 11, &c. ut synopsis adjuncta monstrat. Et hæc de Tabulis primæ partis dicta sufficiant. Qvæ qvamvis prolixiùs tractari potuisset, ratio tamen operis suscepti, & compendii indoles, cujus essentialis conditio est, gratâ brevitate proposito defungi; non permisit longis verboambagibus librum manuarium onerari; Præsertim cum opus hoc, potius ad motus Planetarum (qvibus principaliter destinatum est) spectat; qvam ad Sphæricam doctrinam, in qva tamen qvædam non vulgaria (mea qvidem sententiâ) monstravi. Tempus me jam invitare videtur, ut Tabularum partem secundam, eâ qvâ fieri poterit; brevitate Lectori proponam: seqvitur ergo.

	Ann. Christi.		Ann: Christi.	dies
A. 24. Octobr.	1582	ad 24. Februarii.	1700	10
	1700		1800	11
	1800		1900	12
	1900		2100	13
	2100		2200	14
	2200		2300	15
	2300		2500	16
	2500		2600	17
	2600		2700	18
	2700		2900	19
	2900		3000	20
	3000		3100	21
	3100		3300	22

SUBTRAHE Gregorianis

DE SECUNDÆ TABULARUM PARTIS USU.

CAPUT XI.

COMPLECTENS IN GENERE, EA QVÆ AD COMPUTUM PLANETARUM NECESSARIA SUNT.

Expedi-

Expeditis hactenus in prima parte, primi motus, qvo Stellæ ab ortu in occasum diurna circumgyratione, ad cujusvis hominis etiam crassissimum sensum, apparenter moventur, symptomatibus; & inde provenientibus commoditatibus aggredior jam, qvod DEUS bene vertat, motum secundum, sive Planetis proprium, qvo non ab ortu in occasum, sed planè contrariò, ab occasu in ortum sensim, & ad diligentium solùm Observatorum sensualem perceptionem, singuli eorum, qvilibet in suo tarditatis & velocitatis gradu feruntur. Qvi cum tot, tantisq; varietatibus, in longum & latum, sit obnoxius, ejusq; calculus tot cautionum spinis, tot prosthaphæresium, mediorum motuum, anomaliarum collectionibus, ad lapsum promis, adeo difficilis, ut plurima, alioqvin in iis qvæ primo motui accidunt, exercitatissima ingenia, abulteriori in Arte progressu deterruerit. Manuductione Mariti tota in hoc fui, ut semota maximâ istarum difficultatum parte, qvantum possibile fuit, brevissimam qvandam, & planissimam, invenirem viam, ad planetarum insidiosas illas in motu excursiones indagandas. Retentis igitur didomenis *RUDOLPHINARUM* in planetis omnibus, studio in defessо, hanc secundam Tabularum partem, nova prorsus forma computavi, eam nunc cum Astrophilo communico. Qvem ante prosperum harum usum, seqventium admoneo. 1. Quiâ in omnibus disciplinis, omnis legitima informatio, & felix progressus, à perspicua terminorum explicatione incipit; Ita hic qvoq; Lector vocabula illa Technica s. Terminos Artis, in hac parte usitatos, sibi familiares reddat, ut verbis benè perceptis, res postea sponte seqvantur. Sunt vero hi numero pauci termini, qvi seqvuntur.

1. *ORBITA PLANETÆ non est circulus Mathematicus; sed qvidam gyrus naturalis, qvem planeta, ☉ & ☽ qvidem circa Terram: ♄ vero ♃, ♂ ♀ ☿ circa ☉em, motu & libratione inæqvali, certis & statis temporibus, in universo describunt. Orbita ☉is qvidem in suâ Sphæra concepta, peculiari nomine vocatur Ecliptica, in sua Signa denominativa, ut suprà monui, ab Artificibus dirempta. Atq; hujus connexionis beneficio, Motus reliqvorum Planetarum, eorumq; mensura & numerus, ad Sphæram suam annectuntur.*

2. *APOGÆUM, qvod in ☉is & ☽ Theoria locum habere supponitur: est illud punctum Orbitæ ☉is vel ☽æ, in qvo constituti, longissime à centro Terræ distant, motum retardant maximè, & in qvo incipiunt librando appetere appropinqvationem ad Terram: Usq; dum perigæum attingant.*

3. *PERIGÆUM est illud punctum Orbitæ, in qvo ☉ & ☽ constituti, Terræ sunt proximi, & motus eorum velocissimus, & à qvo iterum incipiunt librando à Terra sesè elongare; usq; dum Apogæum assequantur.*

4. *APHELIUM qvod ♄. ♃. ♂. ♀. ☿, in suis Theoriis respiciunt, est punctum Orbitæ Planetæ in qvo constitutus maximè distat à ☉e, motum habens tardissimum; ab eoq; librando sesè, appetit ☉is adproximationem, usq; dum ad perihelium pervenerit.*

5. *PERIHELIUM est illud punctum Orbitæ alicujus Planetæ, in qvo constitutus proximus est ☉i, velocissime in suo genere movetur, in eoq; librando appetit à ☉e magis magisq; elongari, donec aphelium iterum attingat.*

6. *APSIS est linea recta ab apogæo vel aphelio, per centrum orbitæ, ad perigæum vel perihelium ducta, cujus extremitates motu tardo in consequentia moventur.*

7. *RESTITUTIO AD APOGÆUM, VEL APHELIUM est tractus vel spatium temporis, qvod insumit Planeta, dum ab apogæo vel aphelio motum incipiens, & totam orbitam semel percurrens, iterum ad apogæum vel aphelium revolvitur.*

8. *REDUCTIO SECULARIS in his Tabulis, est certa portio Temporum ab apogæis & aphæliis, nec non motuum Apogæorum, Apheliorum, & Nodorum, Centenariis annorum expansis conveniens, qvæ juxta superscriptos titulos, Epochis nostri seculi vel addita, vel ab iis subtracta, Tempora & loca nostri seculi ad qvævis proposita omnium seculorum, tàm præteritorum, qvam futurorum puncta reducit.*

9. *HELIOCENTRICUM est qvicqvid è centro, Solis, sub stellato cœlo apparet, sive locus alicujus Planetæ sit, sive ejus motus.*

10. *GEOCENTRICUM est, qvicqvid è centro Terræ æstimatur, s. loc. sit, s. motq alicujq Planetæ.*

11. LONGITUDO alicujus Planetæ, est arcus Ecliptice ab Æqvinoctio verno inceptus, & terminatus in eo puncto, qvod Planeta tunc occupat, divisus in signa Numeraria gradus &c:

12. LATITUDO est arcus circuli, Eclipticam ad angulos rectos secantis, ostendens in gradibus & scrupulis distantiam Planetæ ab Ecliptică, tam versus boream qvam versus austrum; Hæc australis illa borea vocatur.

13. NODUS BOREUS (hoc signo ☊ notatq) est illud punctũ in qvo Orbita Planetæ ita Ecliptica annectitur, ut orbita versus boream ab Ecliptica recedat, qvæ etiam vocatur Nodus evehens. Qvia Planeta post hunc constitutus, evehitur supra Ecliptican.

14. NODUS AUSTRALIS (ejus nota est ☋:) qvi Boreo exacte opponitur, est punctum, in qvo Orbita alicujus Planetæ ita Ecliptica annectitur, ut orbita ab Ecliptica versus Austrum recedat: vocatur aliàs Nodus deprimens, eò qvod Planeta post eum constitutus, deprimatur infra Ecliptican.

15. COMMUTATIO est arcus Ecliptica, in Superioribus qvidem ☿.♀.♂, à loco Planetæ Heliocentrico inceptus, & continuè ductus usq; ad punctum, qvod centrum Solis tunc occupat: In inferioribus v. ♀ & ☿ Arcus commutationis semper à loco ☉is incipit, & terminatur, in loco Planetæ Heliocentrico.

16. TERMINUS STATIONIS PRIMÆ est punctũ commutationis, in qvo Planeta, postqvam in motu directo tardissimus fuit, constitutus, vi demonstrationis, per 24 horas planè immobilis stare Geocentricè apparet, & inde retrogreditur; tanto qvippe prostaphæreseos adjectivæ portione diurna decrescente; qvantò motum heliocentricus diurnus auget.

17. TERMINUS SECUNDÆ STATIONIS est punctum Commutationis, in qvo Planeta, postqvam in motu suo retrogrado tardissimus factus est, vi demonstrationis per 24 horas iterum immobilis stare Geocentricè apparet; (iisq; transactis motu directo incedit) tantò nimirum prostaphæreseos subtractoriæ portione diurnâ increscente, qvantò diurnus Heliocentricus motum auget.

18. ASCENDERE IN LATITUDINE dicitur Planeta, qvando à puncto maximæ latitudinis Australis, viâ iterum versus Ecliptican inflectens, eamq; pertransiens, ad punctum maximæ latitudinis boreæ pergit.

19. DESCENDERE in latitudine dr. Pl. qvando à puncto maximæ latitud: boreæ versus Ecliptican viam inflectit, eamq; pertransiens, ad punctũ maximæ latitudinis Australis fertur.

20. ANNI SECULARITER STMBOLIZATI sunt, qvi numeratione ab Epocha CHRISTI directâ solis Centenariis differunt, numerum v. infra centum eundem habent, & proinde eandem qvoq; bisextilitatis rationem. Ita annus CHRISTI 337 & 1637 sunt Symbolizati.

SECUNDÒ. Terminis benè perceptis proximum est ipsam praxin aggredi. In qva Astrophilo tria hæc tenenda sunt, 1°, PROPOSITUS FINIS. 2°, MEDIA qvibus finem assequi potest. 3°, MODUS & ratio, reqvisita media artificiosè, prudenter, & compendiosè applicandi. Finis ARTIS, & Artificis propositum est, *ad qvodvis propositum Temporis momentum, cuivis Planetæ locum Geocentricum, qvoad longitudinem, & Latitudinem calculi beneficio prodere.* Vel ut simpliciùs dicam, est invenire Signum, gradum, & scrupulum Ecliptice, qvod tunc occupare videtur Planeta, si è centro Terræ conspiceretur. Qvantoq; arcu ab ea v. boream, v. austrum versus recedat.

Hoc suum propositum & finem, sine his sibi subordinatis MEDIIS non assequitur; neq; locum Geocentricum inveniet, nisi in ♄.♃.♂.♀.☿. tàm locus Solis verus (qvi etiam in computo ☽æ reqviritur) qvam uniuscujusq; locus Heliocentricus cognitus fuerit. Verum locum Solis non cognoscimus nisi, duo hæc ad propositum temporis articulum prius innotescant; locus scilicet Apogæi, & vera distantia Solis in signis gradibus scrupulis &c: numerata ab Apogæo. (Hæc duo etiam in ☽a reqviruntur.) Locus v. reliqvorum 5. Erronum Heliocentricus non patefit, nisi in singulis locus aphelii, ejusq; vera ab Aphelio distantia innotuerint.

Porrò neq; locus Apogæi Solis, (de ☽a idem judicium) neq; in reliqvis loca Apheliorum, neq; ab Apheliis vera uniuscujusq; distantia, inqviri potest, nisi ad certam qvandam

qvandam Epocham (à qva ut communi principio, & temporis propositi tractus deductus est, & motuum mensura deducitur; nec non mediante Reductione Seculari, omnes motus retrò & porrò reducuntur) loca apogæor: & apheliorum; tempus, ab eò momento, qvò ☉ qvidem & ☽ in suis Apogæis, reliqvi in suis Apheliis, constituti fuerint, ad propositum tempus elapsum, (qvod eò nomine Tempus ab Apogæo; Tempus ab aphelio dicitur:) nec non, in singulis Tempus Restitutionis ad Apogæum, ad Aphelium: qvod scilicet intercedit motui Planetæ, ab Aphelio ad Apheliũ, jam certo præconstituta fuerint. Atq; propter hanc reqvisitorum mediorum subordinationem, (siqvidem methodo analyticâ, illud, qvod resolutione ultimum fuit, in praxi & operatione fit primum) justsit Lex methodi, in singulis Planetis in prima uniuscujusq; Tabulâ, ad centum Epochas, ab Anno CHRISTI 1600 usq; 1700 (qvæ nihil aliud sunt, qvam meridies primi Januarii Styli veteris s. JULIANI anni CHRISTI currentis) qvarum numerum margo Tabulæ singister continet, ordine exhibere, TEMPORA ab apogæis & apheliis, in annis, diebus, horis, scrupulis, LOCA qvoq; Apogæorum, Apheliorum, Nodorum: Jussit subjungere REDUCTIONEM SECULAREM, cujus beneficio, tempora & loca Epochæ statim reducuntur, ad aliorum seculorum propositi alicujus anni: (cum hac Epocha seculariter Symbolizati) meridiem primi Januarii. Subscriptæ sunt qvoq; singulis suæ restitutiones ad apogæum & apheliũ in annis (simplicibus 365 dierum) diebus, horis scrupulis, ut adjecta SYNOPSIS memoriæ causâ adscripta, monet; qvas, Lector, in singulis, sibi familiares reddat, utpote, qvarum notitia, ipsi, postea in calculo, usui futura est.

				annos	dies	hor.	′	″
☉is								
☿	ad	Apog.	Restitutio continet.	0.	365.	6	13.	58
♀		Aphel.		29.	180.	14.	57.	0
♂		Aphel.		11.	317.	11.	2.	0
♃		Aphel.		1.	321.	23.	56.	0
♄		Aphel.		0.	224.	16.	52.	25
☽		Aphel		0.	87.	23.	16.	44
		Apog.		0.	27.	13.	18.	35

Additur qvoq;, qvantum ad singulorum mensium (tàm communium; qvàm bisextilium) initia, tempora ab Apheliis, Apogæis augeantur; qvantum Apogæa, Aphelia, Nodi borei moveantur; tandem etiam eorum motus, per dies, & in Lunâ per horas, & scrupula horarum, adjungitur. Ut hac ratione ad qvodvis propositum temporis punctum, in omnibus, & singulis Planetis, loca Apogæorum, Apheliorum, Nodorum; nec non præcisa Tempora ab Apogæis, & Apheliis, qvasi nullo negotio erui possint. Hæc de primis tabulis. Eadem Lex methodi jussit scribere Tabulas secundas: è qvibus, cum tempore è primis Tabulis obtento, statim excerpuntur, veræ distantiæ (singulorum) ab apogæis & apheliis; qvæ ad loca apogæorum & apheliorum (similiter è primis Tabulis obtenta) additæ, constituunt in Sole qvidem locum ejus verum, in ☽ locum hypotheticè verum; In reliqvis verum locum Heliocentricum. Adduntur qvoq; in singulis (excepta ☽) diurni & horarii. Eadem Methodi Lege necesse fuit, tertias singulorum (excepto ☉ e qvi jam absolutus est:) Tabulas exhibere; è qvibus, mediante loco ☉is, extrahitur, in 3bus Superioribus, differentia, qvâ locus Geocentricus ab Heliocentrico (è secunda Tabula jam obtento) differat; In ♀.☿, qvantum locus Geocentricus, à vero loco, Solis distet. In ☽ eruitur æqvatio menstrua.

Atq; ex his paucis Tabulis eruuntur vera singulorum loca Geocentrica s. è centro Telluris conspicienda. Tandem 4tæ singulorum Tabulæ, exhibentes latitudines, s. deviationes ab Ecliptică, in suis valoribus numericis & Titulis (plagæ v. boreæ, v. australis) non fuerunt omittendæ, ut hac ratione planissima in mundum mobilem pateret via. Et hæc sunt media illa, qvibus Artifex utitur ut finem suum consequatur.

Tertium atq; præcipuum praxis reqvisitum, & qvasi forma, est ipse MODUS, & ratio, Tabulis hisce bene sibi subordinatis, compendiosè, & prudenter utendi, consistens in hisce tribus; Excerptione, Correctione, & applicatione. In primâ cujuslibet Planetæ Tabula, excerptio & applicatio solæ sufficiunt; In secundâ verò, tertiâ & qvartâ, utpote ad certas specierum temporis & graduum saltus, dispositis; correctio insuper ut plurimum reqviritur.

De Excerptione è primâ Tabulâ uniuscujusq; hoc generale præceptum est. Propo-

sito aliqvo temporis articulo, ad qvem, ex his Tabulis motus Planetarum computandi sunt: Si is intra Epochas, id est, in nostrum seculum, (ab anno scilicet CHRISTI 1600, usq; 1700;) inciderit; cum temporis propositi anno, pro motu qvidem, Solis computando, fol. 74: pro ☽ni, fol: 81; pro ♃vis, fol: 107, pro ♂tis, fol: 133; pro ☿ris fol: 159; ♀ii, fol: 185; pro ☊næ, fol: 209. Tabulas singulorum seorsim ingredere, & ad numerum hujus anni currentis, excerpe, Tempora ab Apogæis, & Apheliis; Loca item, Apogæorum, Apheliorum, & Nodorum borcorum; & habebis (*IN MERIDIANO TABULARUM*, scilicet *URANIBURGICO*) ad meridem primi Januarii Styli veteris, accurate determinatum; qvantum temporis singulis intercesserit, ab eo temporis momento, qvo singuli, singula, sua apogæa, aut aphelia, occupaverint, nec non, qvod nam punctum Ecliptica, singulorum apogæa aut aphelia, tardissimo suo motu attigerint. Deinde Lector attendat, utrum annus propositus sit communis? cui in Tabula nullum B adscribitur, v. bisextilis, litera B notatus; tunc enim cum proposito mense currente, adeat in singulis, Tabulas Mensium, v. anni communis (si propositus annus communis fuerit) V. bisextilis, (si bisextilis fuerit) & excerpat inde, Tempora ab apogæis, & apheliis; nec non motum apogæorum & Nodorum, eaq; ordine prius cum anno excerptis subjungat; dies, scilicet diebus; horas, horis; minuta, minutis; &c: Porrò dies dati mensis (non currentes, sed completos) dicig; horas, à meridie numeratas; horarumq; scrupula, temporibus prius extractis, sigillatim, & ordine, subscribat; nec non motum apogæor. aphelior. nodorum e suis singulorum Tabellulis extractum; apogæis, apheliis, nodis; ordine supponat, & singulos serierum numeros addat; summa ostendet, in singulis, Tempora ab apogæo, & accuratè determinata loca apogæorum, apheliorum, Nodorum. Hoc tantum Lector bene notet, singulas Summas Temporum ab apogæis & apheliis ita obtentas; sigillatim, in singulis, cum modulis Restitutionum (in hunc finem in singulis Tabulis immediate subscriptis;) conferendas esse; utra altera major sit? Si in summa ex additione proveniens, minor fuerit Restitutione, Tempus ab apogæo v. aphelio accuratum est: Si v. major? subtrahenda prius erit ab ea Restitutio, & qvod restat, est Tempus ab apogæo v. aphelio. *Exempium: Anno CHRISTI 1654 velim computare motus cœlestes ex his Tabulis, ad meridiē primi Octobris, Styli novi, qvi est 21 Septembr. stylo vetere, qvem hæ Tabula tenent. Ergo pro Motu Solis, paginam 75 consulo, & ad meridiem primi Januarii stylo vetere an: 1654 (qvi est annus communis non n. habet adscriptum B) excerpo Tempus ab apogæo 197 dies, 6 hor. 35'. 33''; Locum apogæi, 3 Sign. 6°. 38'. 34''. (motū fixarum jam non extraho, de eò namq; seqvente capite monebo:) Hinc cum mense Septembri in anno communi, excerpo 243 dies, addendos ad 197 dies prius extractos, Motumqvoq; apogæi 41'': Tandem pro 21 die Septembr: currente, accipio 20 dies completos; qvibus de motu apogæi 3'' competunt. Hos extractos, & singulos sub sua specie ritè dispositos, numeros addo in unam Summā; Et sit tempus ab apogæo 460 dies, 6 hor. 35'. 33''. Locus apogæi 3 Sign. 6°. 39'. 18, id est, juxta Signa denominativa 6°. 39'. 18'' ♌. Temporis ab apogæo Summam, comparo, cum Tempore unius Restitutionis, 365 dies, 6 hor. 13'. 58'', qvæ in calce hujus paginæ subscripta est. Et qvia T. corr. ab apog. summa major est restitutione; jubet præceptum restitutionem à Summa subtrahere, remanet verum tempus ab apogæo 95 dies 0 hor. 21'. 35''. Locus vero Apogæi, per se accuratus est, nullâ correctione indigens: qvibus ambobus concessis, verus locus Solis, qvem qværimus, beneficio Secundæ Tabulæ, ut paulo post patebit, facillimè indagatur.* Atq; hac ratione in omnibus reliqvis Planetis procedo; (ubi etiam notandum est, in trium superiorum ☽·♃·♂ Tabulis, Tempora ab apheliis, ad scrupula secunda non extendi: sed in scrupulis primis subsistere: eò, qvod insensibilis effectus, & contemptissimæ qvantitatis sit, hoc si qvod sit dispendium;) sicut in singulis appositi operationis Typi demonstrant.

Typus operationis in ☉le.

Anno CHRISTI	*Tempo ab apogæo* dies hor. ′ ″	*Locus Apogæi* Sign. gr. ′ ″
1654	197. 6. 35. 33	3. 6. 38. 34
7br: comm.	243. 0. 0. 0	0. 0. 0. 41
compl. d. 20	20 0. 0. 0	0. 0. 0. 5
	460. 6. 35. 33	3. 6. 39. 18
Subtr. Restit.	365. 6. 13. 58	
v. T. corr. ab apog.	95. 0. 21. 35	

PRO

PRO MOTU ☽ni TYPUS OPERATIONIS.

In meridie 1. Januarii Styli Juliani.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphelio ann. dies. hor. ′	Locus Aphelii Sign. gr. ′ ″	Locus ☊ Sign. gr. ′ ″	
1654.	18. 302. 9. 7	8. 27. 4. 27	3. 22. 3. 5	*Ex Tabula Saturni prima fol. 81. & 82.*
7br. comm.	0. 243. 0. 0	0. 0. 0. 50	0. 0. 0. 48	
dies compl. 20.	0. 20. 0. 0	0. 0. 0. 4	0. 0. 0. 4	
v. T. ab apog.	19. 200. 9. 7	8. 27. 5. 23	3. 22. 3. 57	

PRO MOTU ♃vis TYPUS OPERATIONIS.

In meridie 1. Januarii Styli Juliani.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphello ann: dies hor. ′	Locus Aphelii Sign gr. ′ ″	Locus ☊. Sign. gr. ′ ″.	
1654	4. 253. 18. 52	6. 7. 33. 42	3. 5. 29. 4	*Ex Tabula Jovis prima fol. 107. & 108.*
7br. comm.	0. 243. 0. 0	0. 0. 0. 31	0. 0. 0. 2	
dies compl. 20	0. 20. 0. 0	0. 0. 0. 3	0. 0. 0. 0	
v. T. ab aph.	5. 151. 18. 52	6. 7. 34. 16	3. 5. 29. 6	

PRO MOTU ♂tis TYPUS OPERATIONIS

In meridie 1. Januarii Styli Juliani.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphelio anni dies horæ ′	Locus Aphelii Sig. gr. ′ ″	Locus ☊ Sign. gr. ′ ″	
1654	1. 59. 1. 27	4. 29. 59. 2	1. 17. 19. 39	*Ex Tabula Martis prima fol. 133. & 134.*
7br. commun.	0. 243. 0. 0	0. 0. 0. 43	0. 0. 0. 27	
d. compl. 20.	0. 20. 0. 0	0. 0. 0 3	0. 0. 0. 2	
Major Restitutione	1. 322. 1. 27	4. 29. 59. 48	1. 17. 20. 8	
Ergo subtr. Restitut.	321. 23. 56			
v. T. ab aph.	0. 0. 1 31			

PRO MOTU ☿ris TYPUS OPERATIONIS

In meridie 1. Januarii Styli Juliani.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphelio dies hor. ′ ″	Locus aphelii Sign. gr. ′ ″	Locus ☊ Sign. gr. ′ ″	
1654	65. 11. 3. 4	10. 2. 23. 18	2. 13. 42. 16	*Ex Tabula prima Veneris fol. 160. & 161.*
7br. commun.	18. 7. 7. 35	0. 0. 0. 52	0. 0. 0. 31	
d. compl. 20.	20 0. 0. 0	0. 0. 0. 4	0. 0. 0 2	
v. T. ab aph.	103. 18. 10. 39	10. 2 24. 14	2. 13. 42. 49	

PRO MOTU ♀ij TYPUS OPERATIONIS

In meridie 1. Ianunrii Styli Iuliani.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphelio dies. hor. ′ ″	Locus aphelii Sign. gr. ′ ″.	Locus ☊ Sign. gr. ′ ″	
1654	47. 2. 49. 34	8. 14. 22. 24	1. 13. 40. 40	*Ex Tabula prima Mercurii fol. 186. & 187.*
7br. commun.	67. 1. 26. 31	0. 0. 1. 10	0. 0. 0. 57	
d. compl. 20.	20. 0 0. 0	0. 0. 0. 6	0. 0. 0. 5	
Major Restitut.	134. 4. 16. 5	8. 14. 23. 40	1. 13. 40. 42	
Subtr. Restitut.	87. 23. 16. 44			
v. T. ab aph.	46. 4. 59. 21			

PRO MOTU ☊næ TYPUS OPERATIONIS

In meridie 1. Ianuarii Styli Iuliani.

Anno CHRISTI	dies hor. ′ ″	Sign. gr. ′ ″	Sign. gr. ′ ″	
1654	26. 5. 7. 29	7. 16. 22. 51	11. 6. 44. 6	*Ex Tabula prima Lunæ fol. 210. & 211.*
7br. commun.	22. 13. 31. 23	0. 27. 4. 21	0. 12. 52. 5	
d. compl. 20	20. 0. 0. 0	0. 2. 13. 41	1. 3. 33	
Major	68. 18. 38. 52	8. 15. 40. 53	0. 13. 55. 38	*Subtr.*
Subtr. Restitut.	55. 2. 37. 10			
ver. Tem: ab apog.	13. 16. 1. 42		10. 22. 48. 28	

Typus operationis in Sole

	Tempus ab apogæo	apogæi Locus
Anno CHRISTI	dies hor. ′ ″	Sig. gr. ′ ″
1644	196. 20. 55. 35	3. 6. 28. 18
Interv. Secul. 2000	Reduct. 19. 9. 41. 6 add.	Red. 1. 4. 14. 15 subtr.
Ante CHRISTUM 357	216. 6. 36. 21	2. 2. 14. 3

Typus operationis in ☽

	Tempus ab aphelio	Locus aphelii	Locus ☌
Anno CHRISTI	ann. dies hor. ′	Sign. gr. ′ ″	Sign. gr. ′. ″
1644	8. 299. 9. 7	8. 26. 51. 53	3. 21. 51. 13
Interv. sec. 2000	cõpl. 4. 102. 8. 16 add.	Red. 1. 32. 2. 31 subt.	Red. 1. 9. 41. 48 subt.
Ante CHRISTUM 357	13. 36. 17. 23	7. 14. 49. 20	2 32. 9 23

Typus operationis in ♄

	Tempus ab aphelio	Locus aphelii	Locus ☌
Anno CHRISTI	ann. dies hor. ′	Sign. gr. ′. ″	Sign. gr. ′ ″
1644	6. 203. 5. 54	6. 7. 25. 50	3. 5. 28. 29
Interv. sec. 2000	cõpl. 4. 225. 15 34 add.	Reduc. 0. 26. 32. 44 subt.	Red. 0. 1. 56. 34 subt.
Ante CHRISTUM 357	11. 63. 21. 28	5. 11. 13. 6	3. 3. 31. 55

Typus operationis, ♂

	Tempus ab aphelio	Locus aphelii	Locus ☌
Anno CHRISTI	anni dies hor ′	Sign. gr. ′ ″	Sign. gr. ′. ″
1644	0. 206 1. 9	4. 29. 47. 53	1. 17. 13. 1
Interv. sec. 2000	cõpl. 1. 100. 6. 13 add.	Reduc. 1. 7. 1. 32 subt.	Red. 0. 22. 4 50 subt.
Ante CHRISTUM 357	1. 306. 7 22	3. 22. 36. 23	0. 25. 8. 11

Typus operationis, ♀

	Tempus ab aphelio	Locus aphelii	Locus ☌
Anno CHRISTI	dies hor. ′ ″	Sign. gr. ′ ″	Sign. gr. ′ ″
1644	7. 17. 1. 47	10. 2. 10. 18	2. 13. 34. 26
Interv. sec. 2000	cõpl. 9. 16. 16. 35 add	Reduc. 1. 13 21. 13 subt.	Reduc. 0. 26. 6. 40 subt.
Ante CHRISTUM 357	17. 9. 18. 22	8. 18 49. 5	1. 17. 27. 46

Typus operationis. ☿

	Tempus ab aphelio	Locus aphelii	Locus ☌
Anno CHRISTI	dies hor. ′ ″	Sign. gr. ′. ″	Sign. gr. ′ ″
1644	0. 21. 15 58	8. 14. 4. 55	1. 13. 26. 28
Interv. sec. 2000	cõpl. 2. 12. 55. 38 add.	Red. 1. 28. 13. 55 subt.	Red. 1. 17. 21. 28 subt.
Ante CHRISTUM 357	3. 10. 13. 36	6. 15. 51. 0	11. 26. 5. 0

Typus operationis in ☊

	Tempus ab apogæo	Locus apogæi	Locus ☌
Anno CHRISTI	dies hor. ′ ″	Sign. gr. ′ ″	Sign. gr. ′ ″
1644	10. 9. 59. 33	5. 29. 24. 4	5. 20. 10. 48
Interv. secul. 2000	Red. 0. 21. 10. 30 subtr.	Red. 0. 24. 45. 22 sub.	Red. 5. 13. 42. 14 add.
Ante CHRISTUM 357	9. 12. 49. 3	5. 4. 38. 42	11. 3. 53. 2

Atq;

Tabula Sexagenaria, sive Logistica, Multiplicationi &

	60	59	58	57	56	55	54	53	52	51	50	49	48	47	46	45	44
	60. 0	59. 0	58. 0	57. 0	56. 0	55. 0	54. 0	53. 0	52. 0	51. 0	50. 0	49. 0	48. 0	47. 0	46. 0	45. 0	44. 0
		58. 1	57. 2	56. 3	55. 4	54. 5	53. 6	52. 7	51. 8	50. 9	49. 10	48. 11	47. 12	46 13	45. 14	44. 15	43. 16
			56. 4	55. 6	54. 8	53 10	52. 12	51. 14	50. 16	49. 18	48 20	47. 22	46. 24	45. 26	44. 28	43. 30	42. 32
1	0. 1	2		54. 9	53. 12	52. 15	51. 18	50. 21	49. 24	48 27	47. 30	46. 33	45. 36	44. 39	43. 42	42. 45	41. 48
2	0. 2	0. 4	3		52. 16	51. 20	50. 24	49. 28	48. 32	47. 36	46. 40	45. 44	44. 48	43. 52	42. 56	42. 0	41. 4
3	0. 3	0. 6	0. 9	4		50. 25	49. 30	48. 35	47. 40	46. 45	45. 50	44. 55	44. 0	43. 5	42. 10	41. 15	40. 20
4	0. 4	0. 8	0. 12	0. 16	5		48. 36	47. 42	46. 48	45. 54	45. 0	44. 6	43. 12	42. 18	41. 24	40. 30	39. 36
5	0. 5	0. 10	0. 15	0. 20	0. 25	6		46. 49	45. 56	45. 3	44. 10	43 17	42. 24	41. 31	40. 38	39. 45	38. 52
6	0. 6	0. 12	0. 18	0. 24	0. 30	0. 36	7		45. 4	44. 12	43. 20	42. 28	41. 36	40. 44	39. 52	39. 0	38. 8
7	0. 7	0. 14	0. 21	0. 28	0. 35	0. 42	0. 49	8		43. 21	42. 30	41 39	40. 48	39. 57	39. 6	38. 15	37. 24
8	0. 8	0. 16	0. 24	0. 32	0. 40	0. 48	0. 56	1. 4	9		41. 40	40. 50	40. 0	39. 10	38. 20	37. 30	36. 40
9	0. 9	0. 18	0. 27	0. 36	0. 45	0. 54	1. 3	1. 12	1. 21	10		40. 1	39. 12	38. 24	37. 36	36. 48	36. 0
10	0. 10	0. 20	0. 30	0. 40	0. 50	1. 0	1. 10	1. 20	1. 30	1. 40	11				36. 49	36. 2	35. 15
11	0. 11	0. 22	0. 33	0. 44	0. 55	1. 6	1. 17	1. 28	1. 39	1. 50	2. 1	12				35. 16	34. 28
12	0. 12	0. 24	0. 36	0. 48	1. 0	1. 12	1. 24	1. 36	1. 48	2. 0	2. 12	2. 24	13				33. 44
13	0. 13	0. 26	0. 39	0. 52	1. 5	1. 18	1. 31	1. 44	1. 57	2. 10	2. 23	2. 36	2. 49	14			33. 0
14	0. 14	0. 28	0. 42	0. 56	1. 10	1. 24	1. 38	1. 52	2. 6	2. 20	2. 34	2. 48	3. 2	3. 16	15		32. 16
15	0. 15	0. 30	0. 45	1. 0	1. 15	1. 30	1. 45	2. 0	2. 15	2. 30	2. 45	3. 0	3. 15	3. 30	3. 45	16	
16	0. 16	0. 32	0. 48	1. 4	1. 20	1. 36	1. 52	2. 8	2. 24	2. 40	2. 56	3. 12	3. 28	3. 44	4. 0	4. 16	17
17	0. 17	0. 34	0. 51	1. 8	1. 25	1. 42	1. 59	2. 16	2. 33	2. 50	3. 7	3. 24	3. 41	3. 58	4. 15	4. 32	4. 49
18	0. 18	0. 36	0. 54	1. 12	1. 30	1. 48	2. 6	2. 24	2. 42	3. 0	3. 18	3. 36	3. 54	4. 12	4. 30	4. 48	5. 6
19	0. 19	0. 38	0. 57	1. 16	1. 35	1. 54	2. 13	2. 32	2. 51	3. 10	3 29	3. 48	4. 7	4. 26	4. 45	5. 4	5. 23
20	0. 20	0. 40	1. 0	1. 20	1. 40	2. 0	2. 20	2. 40	3. 0	3. 20	3. 40	4. 0	4. 20	4. 40	5. 0	5. 20	5. 40
21	0. 21	0. 42	1. 3	1. 24	1. 45	2. 6	2. 27	2. 48	3. 9	3. 30	3. 51	4. 12	4. 33	4. 54	5. 15	5. 36	5. 57
22	0. 22	0. 44	1. 6	1. 28	1. 50	2. 12	2. 34	2. 56	3. 18	3. 40	4. 2	4. 24	4. 46	5. 8	5. 30	5. 52	6. 14
23	0. 23	0. 46	1. 9	1. 32	1. 55	2. 18	2. 41	3. 4	3. 27	3. 50	4. 13	4. 36	4. 59	5. 22	5. 45	6. 8	6. 31
24	0. 24	0. 48	1. 12	1. 36	2. 0	2. 24	2. 48	3. 12	3. 36	4. 0	4. 24	4. 48	5. 12	5. 36	6. 0	6. 24	6. 48
25	0. 25	0. 50	1. 15	1. 40	2. 5	2. 30	2. 55	3. 20	3. 45	4. 10	4. 35	5. 0	5. 25	5. 50	6. 15	6. 40	7. 5
26	0. 26	0. 52	1. 18	1. 44	2. 10	2. 36	3. 2	3. 28	3. 54	4. 20	4. 46	5. 12	5. 38	6. 4	6. 30	6. 56	7. 22
27	0. 27	0. 54	1. 21	1. 48	2. 15	2. 42	3. 9	3. 36	4. 3	4. 30	4. 57	5. 24	5. 51	6. 18	6. 45	7. 12	7. 39
28	0. 28	0. 56	1. 24	1. 52	2. 20	2. 48	3. 16	3. 44	4. 12	4. 40	5. 8	5. 36	6. 4	6. 32	7. 0	7. 28	7. 55
29	0. 29	0. 58	1. 27	1. 56	2. 25	2. 54	3. 23	3. 52	4. 21	4. 50	5. 19	5. 48	6. 17	6. 46	7. 15	7. 44	8. 13
30	0. 30	1. 0	1. 30	2. 0	2. 30	3. 0	3. 30	4. 0	4. 30	5. 0	5. 30	6. 0	6. 30	7. 0	7. 30	8. 0	8. 30
31	0. 31	1. 2	1. 33	2. 4	2. 35	3. 6	3. 37	4. 8	4. 39	5. 10	5. 41	6. 12	6. 43	7. 14	7. 45	8. 16	8. 47
32	0. 32	1. 4	1. 36	2. 8	2. 40	3. 12	3. 44	4. 16	4. 48	5. 20	5. 52	6. 24	6. 56	7. 28	8. 0	8. 32	9. 4
33	0. 33	1. 6	1. 39	2. 12	2. 45	3. 18	3. 51	4. 24	4. 57	5. 30	6. 3	6. 36	7. 9	7. 42	8. 15	8. 48	9. 21
34	0. 34	1. 8	1. 42	2. 16	2. 50	3. 24	3. 58	4. 32	5. 6	5. 40	6. 14	6. 48	7. 22	7. 56	8. 30	9. 4	9. 38
35	0. 35	1. 10	1. 45	2. 20	2. 55	3. 30	4. 5	4. 40	5. 15	5. 50	6. 25	7. 0	7. 35	8. 10	8. 45	9. 20	9. 55
36	0. 36	1. 12	1. 48	2. 24	3. 0	3. 36	4. 12	4. 48	5. 24	6. 0	6. 36	7. 12	7. 48	8. 24	9. 0	9. 36	10. 12
37	0. 37	1. 14	1. 51	2. 28	3. 5	3. 42	4. 19	4. 56	5. 33	6. 10	6. 47	7. 24	8. 1	8. 38	9. 15	9. 52	10. 29
38	0. 38	1. 16	1. 54	2. 32	3. 10	3. 48	4. 26	5. 4	5. 42	6. 20	6. 58	7. 36	8. 14	8. 52	9. 30	10. 8	10. 46
39	0. 39	1. 18	1. 57	2. 36	3. 15	3. 54	4. 33	5. 12	5. 51	6. 30	7. 9	7. 48	8. 27	9. 6	9. 45	10. 24	11. 3
40	0. 40	1. 20	2. 0	2. 40	3. 20	4. 0	4. 40	5. 20	6. 0	6. 40	7. 20	8. 0	8. 40	9. 20	10. 0	10. 40	11. 20
41	0. 41	1. 22	2. 3	2. 44	3. 25	4. 6	4. 47	5. 28	6. 9	6. 50	7. 31	8. 12	8. 53	9. 34	10. 15	10. 56	11. 37
42	0. 42	1. 24	2. 6	2. 48	3. 30	4. 12	4. 54	5. 36	6. 18	7. 0	7. 42	8. 24	9. 6	9. 48	10. 30	11. 12	11 54
43	0. 43	1. 26	2. 9	2. 52	3. 35	4. 18	5. 1	5. 44	6. 27	7. 10	7. 53	8. 36	9. 19	10. 2	10. 45	11. 28	12. 11
44	0. 44	1. 28	2. 12	2. 56	3. 40	4. 24	5. 8	5. 52	6. 36	7. 20	8 4	8. 48	9. 32	10. 16	11. 0	11. 44	12. 28
45	0. 45	1. 30	2. 15	3. 0	3. 45	4. 30	5. 15	6. 0	6. 45	7. 30	8 15	9. 0	9. 45	10. 30	11. 15	12. 0	12. 45
46	0. 46	1. 32	2. 18	3. 4	3. 50	4 36	5. 22	6. 8	6. 54	7. 40	8 26	9. 12	9. 58	10 44	11. 30	12. 16	13. 2
47	0. 47	1. 34	2. 21	3. 8	3. 55	4. 42	5. 29	6. 16	7. 3	7. 50	8. 37	9. 24	10. 11	10. 58	11. 45	12. 32	13. 19
48	0. 48	1. 36	2. 24	3 12	4. 0	4. 48	5. 36	6. 24	7. 12	8. 0	8. 48	9. 36	10. 24	11. 12	12. 0	12. 48	13. 36
49	0. 49	1. 38	2. 27	3. 16	4. 5	4. 54	5. 43	6. 32	7. 21	8. 10	8. 58	9. 48	10. 37	11. 26	12. 15	13. 4	13. 53
50	0. 50	1. 40	2. 30	3. 20	4. 10	5. 0	5. 50	6. 40	7. 30	8. 20	9. 10	10. 0	10. 50	11. 40	12. 30	13. 20	14. 10
51	0. 51	1. 42	2. 33	3. 24	4. 15	5. 6	5. 57	6. 48	7. 39	8. 30	9. 21	10. 12	11. 3	11. 54	12. 45	13. 36	14. 27
52	0. 52	1. 44	2. 36	3. 28	4. 20	5. 12	6. 4	6. 56	7. 48	8. 40	9. 32	10. 24	11. 16	12. 8	13. 0	13. 52	14. 44
53	0. 53	1. 46	2. 39	3. 32	4. 25	5. 18	6. 11	7. 4	7. 57	8. 50	9. 43	10. 36	11. 29	12. 22	13. 15	14. 8	15. 1
54	0. 54	1. 48	2. 42	3. 36	4. 30	5. 24	6. 18	7. 12	8. 6	9. 0	9. 54	10. 48	11. 42	12. 36	13. 30	14. 24	15. 18
55	0. 55	1. 50	2. 45	3. 40	4. 35	5. 30	6. 25	7. 20	8. 15	9. 10	10. 5	11. 0	11. 55	12. 50	13. 45	14. 40	15. 35
56	0. 56	1. 52	2. 48	3. 44	4. 40	5. 36	6. 32	7. 28	8. 24	9. 20	10. 16	11 12	12. 8	13. 4	14. 0	14. 56	15. 52
57	0. 57	1. 54	2. 51	3. 48	4. 45	5. 42	6. 39	7. 36	8. 33	9. 30	10. 27	11. 24	12. 21	13. 18	14. 15	15. 12	16. 9
58	0. 58	1. 56	2. 54	3. 52	4. 50	5. 48	6. 46	7. 44	8. 42	9. 40	10. 38	11. 36	12. 34	13. 32	14. 30	15. 28	16. 26
59	0. 59	1. 58	2. 57	3. 56	4. 55	5. 54	6. 53	7. 52	8. 51	9. 50	10. 49	11. 48	12. 47	13. 46	14. 45	15. 44	16. 43
60	0. 0	2. 0	3. 0	4. 0	5. 0	6. 0	7. 0	8. 0	9. 0	10. 0	11. 0	12. 0	13. 0	14. 0	15. 0	16. 0	17. 0
	1	2.	3	4	5	6	7	8	9.	10	11	12	13	14.	15	16	17

Anno CHRISTI
1644
Interv. sec. 2000
Ante CHRISTUM 357

Anno CHRIST
164
Interv. sec. 2000
Ante CHRISTUM 35

Anno CHRIS
1
Interv. sec. 20
Ante CHRISTUM

Anno CHR
Interv. sec. 2
Ante CHRISTUM

Anno CI
Interv. sec.
Ante CHRISTU

Anno CE
Interv. secul.
AnteCHRIST

Divisioni Astronomicæ inserviens.

F

43	42	41	40	39	38	37	36	35	34	33	32	31	
43. 0	42. 0	41. 0	40. 0	39. 0	38. 0	37. 0	36. 0	35. 0	34. 0	33. 0	32. 0	31. 0	60
42. 17	41. 18	40. 19	39. 20	38. 21	37. 22	36. 23	35. 24	34. 25	33. 26	32. 27	31. 28	30. 29	59
41. 34	40. 36	39. 38	38. 40	37. 42	36. 44	35. 46	34. 48	33. 50	32. 52	31. 54	30. 56	29. 58	58
40. 51	39. 54	38. 57	38. 0	37. 3	36. 6	35. 9	34. 12	33. 15	32. 28	31. 21	30. 24	29. 27	57
40. 8	39. 12	38. 16	37. 20	36. 24	35. 28	34. 32	33. 36	32. 40	31. 44	30. 48	29. 52	28. 56	56
39. 25	38. 30	37. 35	36. 40	35. 45	34. 50	33. 55	33. 0	32. 5	31. 10	30. 15	29. 20	28. 25	55
38. 42	37. 48	36. 54	36. 0	35. 6	34. 12	33. 18	32. 24	31. 30	30. 36	29. 42	28. 48	27. 54	54
37. 59	37. 6	36. 13	35. 20	34. 27	33. 34	32. 41	31. 48	30. 55	30. 2	29. 9	28. 16	27. 23	53
37. 16	36. 24	35. 32	34. 40	33. 48	32. 56	32. 4	31. 12	30. 20	29. 28	28. 36	27. 44	26. 52	52
36. 33	35. 42	34. 51	34. 0	33. 9	32. 18	31. 27	30. 36	29. 45	28. 54	28. 3	27. 12	26. 21	51
35. 50	35. 0	34. 10	33. 20	32. 30	31. 40	30. 50	30. 0	29. 10	28. 20	27. 30	26. 40	25. 50	50
35. 7	34. 18	33. 29	32. 40	31. 51	31. 2	30. 13	29. 24	28. 35	27. 46	26. 57	26. 8	25. 19	49
34. 24	33. 36	32. 48	32. 0	31. 12	30. 24	29. 36	28. 48	28. 0	27. 12	26. 24	25. 36	24. 48	48
33. 41	32. 54	32. 7	31. 20	30. 33	29. 46	28. 59	28. 12	27. 25	26. 38	25. 51	25. 4	24. 17	47
32. 58	32. 12	31. 26	30. 40	29. 54	29. 8	28. 22	27. 36	26. 50	26. 4	25. 18	24. 32	23. 46	46
32. 15	31. 30	30. 45	30. 0	29. 15	28. 30	27. 45	27. 0	26. 15	25. 30	24. 43	24. 0	23. 15	45
31. 32	30. 48	30. 4	29. 20	28. 36	27. 52	27. 8	26. 24	25. 40	24. 56	24. 12	23. 28	22. 44	44
30. 49	30. 6	29. 23	28. 40	27. 57	27. 14	26. 31	25. 48	25. 5	24. 22	23. 39	22. 56	22. 13	43
	29. 24	28. 42	28. 0	27. 18	26. 36	25. 54	25. 12	24. 30	23. 48	23. 6	22. 24	21. 42	42
		28. 1	27. 20	26. 39	25. 58	25. 17	24. 36	23. 55	23. 14	22. 33	21. 52	21. 11	41
18			26. 40	26. 0	25. 20	24. 40	24. 0	23. 20	22. 40	22. 0	21. 20	10. 40	40
5. 24	19			25. 21	24. 42	24. 3	23. 24	22. 45	22. 6	21. 27	20. 48	20. 9	39
5. 42	6. 1	20			24. 4	23. 26	22. 48	22. 10	21. 32	20. 54	20. 16	19. 38	38
6. 0	6. 20	6. 40	21			22. 49	22. 12	21. 35	20. 58	20. 21	19. 44	19. 7	37
6. 18	6. 39	7. 0	7. 21	22			21. 36	21. 0	20. 24	19. 48	19. 12	18. 36	36
6. 36	6. 58	7. 20	7. 42	8. 4	23			20. 25	19. 50	19. 15	18. 40	18. 5	35
6. 54	7. 17	7. 40	8. 3	8. 26	8. 49	24			19. 16	18. 42	18. 8	17. 34	34
7. 12	7. 36	8. 0	8. 24	8. 48	9. 12	9. 36	25			18. 9	17. 36	17. 3	33
7. 30	7. 55	8. 20	8. 45	9. 10	9. 35	10. 0	10. 25	26			17. 4	16. 32	32
7. 48	8. 14	8. 40	9. 6	9. 32	9. 58	10. 24	10. 50	11. 16	27.			16. 1	31
8. 6	8. 33	9. 0	9. 27	9. 54	10. 21	10. 48	11. 15	11. 42	12. 9	28.			
8. 24	8. 52	9. 20	9. 48	10. 16	10. 44	11. 12	11. 40	12. 8	12. 36	13. 4	29		
8. 42	9. 11	9. 40	10. 9	10. 38	11. 7	11. 36	12. 5	12. 34	13. 3	13. 32	14. 1	30	
9. 0	9. 30	10. 0	10. 30	11. 0	11. 30	12. 0	12. 30	13. 0	13. 30	14. 0	14. 30	15. 0	30
9. 18	9. 49	10. 20	10. 51	11. 22	11. 53	12. 24	12. 55	13. 26	13. 57	14. 28	14. 59	15. 30	31
9. 36	10. 8	10. 40	11. 12	11. 44	12. 16	12. 48	13. 20	13. 52	14. 24	14. 56	15. 28	16. 0	32
9. 54	10. 27	11. 0	11. 33	12. 6	12. 39	13. 12	13. 45	14. 18	14. 51	15. 24	15. 57	16. 30	33
10. 12	10. 46	11. 20	11. 54	12. 28	13. 2	13. 36	14. 10	14. 44	15. 18	15. 52	16. 26	17. 0	34
10. 30	11. 5	11. 40	12. 15	12. 50	13. 25	14. 0	14. 35	15. 10	15. 45	16. 20	16. 55	17. 30	35
10. 48	11. 24	12. 0	12. 36	13. 12	13. 48	14. 24	15. 0	15. 36	16. 12	16. 48	17. 24	18. 0	36
11. 6	11. 43	12. 20	12. 57	13. 34	14. 11	14. 48	15. 25	16. 2	16. 39	17. 16	17. 53	18. 30	37
11. 24	12. 2	12. 40	13. 18	13. 56	14. 34	15. 12	15. 50	16. 28	17. 6	17. 44	8. 22	19. 0	38
11. 42	12. 21	13. 0	13. 39	14. 18	14. 57	15. 36	16. 15	16. 54	17. 33	18. 12	18. 51	19. 30	39
12. 0	12. 40	13. 20	14. 0	14. 40	15. 20	16. 0	16. 40	17. 20	18. 0	18. 40	19. 20	20. 0	40
12. 18	12. 59	13. 40	14. 21	15. 2	15. 43	16. 24	17. 5	17. 46	18. 27	19. 8	19. 49	20. 30	41
12. 36	13. 18	14. 0	14. 42	15. 24	16. 6	16. 48	17. 30	18. 12	18. 54	19. 36	20. 18	21. 0	42
12. 54	13. 37	14. 20	15. 3	15. 46	16. 29	17. 12	17. 55	18. 38	19. 21	20. 4	20. 47	21. 30	43
13. 12	13. 56	14. 40	15. 24	16. 8	16. 52	17. 36	18. 20	19. 4	19. 48	20. 32	21. 16	22. 0	44
13. 30	14. 15	15. 0	15. 45	16. 30	17. 15	18. 0	18. 45	19. 30	20. 15	21. 0	21. 45	22. 30	45
13. 48	14. 34	15. 20	16. 6	16. 52	17. 38	18. 24	19. 10	19. 56	20. 42	21. 28	22. 14	23. 0	46
14. 6	14. 53	15. 40	16. 27	17. 14	18. 1	18. 48	19. 35	20. 22	21. 9	21. 56	22. 43	23. 30	47
14. 24	15. 12	16. 0	16. 48	17. 36	18. 24	19. 12	20. 0	20. 48	21. 36	22. 24	23. 12	24. 0	48
14. 42	15. 31	16. 20	17. 9	17. 58	18. 47	19. 36	20. 25	21. 14	22. 3	22. 52	23. 41	24. 30	49
15. 0	15. 50	16. 40	17. 30	18. 20	19. 10	20. 0	20. 50	21. 40	22. 30	23. 20	24. 10	25. 0	50
15. 18	16. 9	17. 0	17. 51	18. 42	19. 33	20. 24	21. 15	22. 6	22. 57	23. 48	24. 39	25. 30	51
15. 36	16. 28	17. 20	18. 12	19. 4	19. 56	20. 48	21. 40	22. 32	23. 24	24. 16	25. 8	26. 0	52
15. 54	16. 47	17. 40	18. 33	19. 26	20. 19	21. 12	22. 5	22. 58	23. 51	24. 44	25. 37	26. 30	53
16. 12	17. 6	18. 0	18. 54	19. 48	20. 42	21. 36	22. 30	23. 24	24. 18	25. 12	26. 6	27. 0	54
16. 30	17. 25	18. 20	19. 15	20. 10	21. 5	22. 0	22. 45	23. 50	24. 45	25. 40	26. 35	27. 30	55
16. 48	17. 44	18. 40	19. 36	20. 32	21. 28	22. 24	23. 20	24. 16	25. 12	26. 8	27. 4	28. 0	56
17. 6	18. 3	19. 0	19. 57	20. 54	21. 51	22. 48	23. 45	24. 42	25. 39	26. 36	27. 33	28. 30	57
17. 24	18. 22	19. 20	20. 18	21. 16	22. 14	23. 12	24. 10	25. 8	26. 6	27. 4	28. 2	29. 0	58
17. 42	18. 41	19. 40	20. 39	21. 38	22. 37	23. 36	24. 35	25. 34	26. 33	27. 31	28. 31	29. 30	59
18. 0	19. 0	20. 0	21. 0	22. 0	23. 0	24. 0	25. 0	26. 0	27. 0	28. 0	29. 0	30. 0	60
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29.	30	

B

E

C

☞ Diese Tabul mag bey dem 14. Blat im Text beygelegt werden.

Atq; hac ratione Tempora, & Loca noſtri ſeculi, ad propoſitum tempus reducta ſunt, & calculo ex his Tabulis inſtituendo adaptata. De qvibus Lector probe notet, in reducendo Tempore ab apheliis in qvinq; Planetis ♄ ♃ ♂ ♀ ☿. reductionem ipſam è prima Tabulæ columnâ locum non habuiſſe, ut qvæ ſubtractionis Titulo ubiqve major fuit Epochâ noſtri Seculi: ac proinde ubiq; per complementum è ſecunda columna, titulo contrario ſ. additionis, operandum fuiſſe. Neq; diſſimilis modus eſt, ad futurorum Seculorum Temporis momenta reducendi Epochas noſtri ſeculi, modo in Reductione Titulus frontis Tabulæ bene attendatur, & Reductio juxta eum ritè applicetur. Et tantum de excerptione è primis planetarum Tabulis.

Sequitur

De excerptione ex Tabulis ſecundis, excerptorumq; correctione.

Hic Lectori conſiderandum eſt, qvod in omnibus & ſingulis, Margo ſiniſter, Tempora ab apogæis & apheliis, è prima Tabulâ jam nota, contineat: areæ v. columna prima, correſpondentes veras ab apogæis vel apheliis diſtantias, in Signis, gradibus, ſcrupulis primis & ſecundis: Secunda motus diurnos anomalicos: Tertia horarios. Frontes vero Tabularum, Titulos & Signaturas exhibent; & ſunt ita adornatæ, ut in ☽na, ad ſingulas Temporis ab apogæo horas; in ☉, ☿re, ☿rio. ad ſingulos dies; in ♂te ad binos; in ♃ve ad duodenorum; In ♄no ad 30 dierum ſaltus; veras ab apogæis & apheliis diſtantias, exhiberent.

De excerptione verò, correctione, & applicatione è Tabulis ſecundis, hoc Generale præceptum eſt. Cognitis è prima cujusvis Planetæ Tabula, Tempore, in Sole qvidem & Luna, ab apogæis, in reliqvis ab apheliis; nec non loco, in Sole, & Luna apogæi, in reliqvis aphelii; Tempus ab apogæo & aphelio, in margine Tabulæ Secundæ qvære, & ſi præciſè inventum fuerit; in primâ areæ columnâ correſpondentia Signa, gradus, ſcrupula prima, ſecunda, ſcilicet, (ut titulus docet,) diſtantiæ ab apogæo, vel aphelio, excerpe; non neglectâ [de qva paulò poſt monebo] correctione; eaq; ſic excerpta, adde loco apogæi, vel aphelii, e prima Tabula jam cognito; & obtinebis, in Sole qvidem locum Geocentricum verum & abſolutum; in Luna hypotheticè verum; in reliqvis locum Heliocentricum. Verum qvia impoſſibile eſt, has Tabulas tam prolixas condere, ut omnia data Tempora, (in infinitum variare ſolita,) præciſè in iis inveniantur; ac proinde, ſæpiſſimè datum Tempus non in ipſos marginis numeros, ſed inter ſaltus dierum incidat; in hoc caſu adhibeat calculator conſvetam correctionem, extrahendo nimirum cùm proximè minori numero, in margine reperto, Veram ab apogæo, vel aphel: diſtantiam, poſtmodum ſubtrahat minorem numerum à numero Temporis dati, & acqviret differentiam marginis. Hujus differentiæ ſpecies, ſi dies fuerint (id qvod in ♄.♃ ♂. uſu venire ſolet) eos in proximum diurnum, è ſecundâ columnâ extrahendum; Si horæ & horarum ſcrupula fuerint; in horarium proximè adſcriptum, multiplicet; numerosq; emergentes veræ diſtantiæ ab apogæo, vel aphelio, addat, & obtinebit diſtantiam illam correctiſſimam, & acuratiſſimam: qvæ addita ad locũ apogæi v. aphelii, præſtat, in ☉e veram longitud. nè qvæſitam in ☽a hypotheticè veram; in reliqvis omnib9 locum verum heliocentricum. Ut in noſtro ſuperiori primo Exemplo. Inveniebatur locus apogæi Solis, Sign. 3. 6°. 39'. 18''. Et Tempus ab apogæo, dies 95. hor. 0. 21'. 35''. *Cum hoc Tempore ingredior pagina 77. Solis Tabulam ſecundam, qværendo in margine ſecundæ ſectionis, Tempus datum, & invenio dies 95, qvibus in area reſpondet vera diſtantia ab apogæo, Sign. 3. 1°. 34'. 16''; Verum qvia iſtis diebus adhærent hor. 0 21'. 35''; opus eſt correctione. Extractum igitur proximum horarium è Tertia columnula 2'. 28'', multiplico in adhærentia ſcrupula 21. 35, & produco, rejectis Tertiis & qvartis 0'. 53'', qvæ addita ad veram diſtantiam prius excerptam, præſtant illam correctiſſimam, Sign. 3 1°. 35'. 9''; atq; hæc addita loco Apogæi, conſtituunt longitudinem Solis veram qvæſitam, Sign. 6 8°. 14'. 27''. hæc qvo ad Signa denominativa ita effertur 8°. 14'. 27''.* ☜

ut Typus ſeqvens monſtrat ☞

In

In Saturno inveniebatur locus aphelii Sign. 8. 27°. 5'. 21'', Tempus ab aphelio ann. 19. dies 200. hor. 9. 7'. *Cum hoc dato Tempore ingredior Tabulam Saturni secundam pag: 86, & in margine primæ sectionis invenio numerum proximè minorem annis 19. dies 180. His respondet vera distantia ab aphelio, in prima columna, Sig. 8. gr. 3. 40'. 3''. Et proximus diurnus è secunda columnâ 2'. 7'', è Tertia horarius 5''. Tempus illud minus, in Tabula repertum subtraho à Tempore dato, remanent dies 20. hor. 9. 7'. differentia marginis. Ergo dies 20. multiplico in diurnum extractum 2'. 7'', & proveniunt 42'. 20'', horas verò 9 & 7', multiplico in horarium 5'', neglecta ½, & produco 46'', Hæc duo producta, addo ad distantiam ab aphelio prius excerptam, fit ea correctissima Sig. 8. 4°. 23'. 9'', quæ addita loco aphelii, dat veram longitudinem Saturni Heliocentricam quæsitam, Sign. 5. 1°. 28'. 30''. Hoc est; Saturnus tunc è centro Solis conspectus, videbitur occupare gr. 1. 28'. 30''. ♍.*

In Jove locus aphelii proveniebat Sign. 6. gr. 7. 34'. 16'', Tempus ab aphelio ann. 5. dies 151. hor. 18. 52. *Hoc Tempus in Tabula secunda Jovis in margine sectionum quæro, & invenio fol. 131. sectione secunda, proximè minus ann. 5. dies 144. cui in prima columna respondet distantia ab aphelio, Sign. 5. 11°. 57'. 33'', & diurnus proximus 5'. 28'', horarius 14''. De hinc Tempus in Tabula repertum subtraho à Tempore propositio, remanent dies 7. hor. 18. 52'; dies 7. in diurnum 5'. 28'' multiplico, & proveniunt 38'. 16''. horas verò 18. 52' in horarium 14'' multiplico, & produco 4'. 24''. Hos duos emergentes addo ad veram distantiam prius excerptam, & fit correctissima Sig. 5. 12°. 40'. 13'', Hæc addita loco aphelii, dant. Sign. 11. gr. 20. min. 14. 29. sec.*

In Marte dabatur longitudo aphelii Sign. 4. gr. 29. 59'. 48''. Et Tempus ab aphelio ann. 0. dies 0. hor. 1. 31', *Cum hoc Tempore ingredior pagin. 136 secundam Tabulam Martis, & invenio ad ann. 0. dies 0, distantiam ab aphelio S. 0. 0°. 0'. 0'', adscriptum diurnum in secunda columna, (quo tamen hic non indigeo) 26' 14'', nec non horarium 1'. 6''; In hunc hor. 1. 31'. multiplicata, dant correctionem 1'. 40'', quæ addita distantiæ prius excerptæ, faciunt Sign. 0. gr. 0. 1'. 40'' correctam distantiam ab aphelio; & hæc addita Longitudini aphelii, præstat veram longitudinem heliocentricam Sign. 5. gr. 0. 1'. 28''. id est, 0°. 1'. 28'' ♍.*

Typus operationis in ☉.

Tempus ab apogæo				*Locus ab apogæi.*			
dies	hor.	′	″	Sign.	gr.	′	″
95.	0.	21	35	3.	6.	39.	18
95.	0.	0.	0	3.	1.	34.	16
0.	0.	21.	35				53
horarius		2.	28	3.	1.	3.	9
I.	II.	III.	IV				
		16.	20	6.	8.	14.	27
	9.	48		*id est*			
	1.	10		8°.	14'.	27''	
0.	42.						♎
	53.	14	20				

Typus operationis in ♄no

Tempus ab aphelio				*Locus aphelii*			
ann.	dies	hor.	′	Sign.	gr.	′	″
19.	200.	9.	7	8.	27.	5.	21
19.	180.	0.	0	8.	3.	40.	3
dies	20.	9.	7			42	20
dies.	20.	0.	0			0.	46
I.	II.		9. 7	8.	4.	23.	9
2.	7.	horar.	5	5.	1.	28.	30
dies 20				*nempe*			
2.	20	II.	III	1°.	28'.	30''	
0.	40	0.	35				♍.
		0.	45				
0.	42.	20	0. 45. 35.				

Typus operationis in ♃

Tempus ab aphælio				*Locus aphelii*			
ann.	dies	hor.	′	Sign.	gr.	′	″
5.	151.	18.	52	6.	7.	34.	16
5.	144	0.	0	5.	11.	57.	33
	7.	18.	52			38.	16
	7.	0.	0			4.	24
		18.	52	5.	12.	40.	13
I.	II	horar.	14	11.	20.	14.	29
5.	28			*hoc est*			
dies	7	I.	II. III	20°.	14'.	29''.	
3.	16		12. 8				♓
0.	35	4.	12				
38.	16	4.	24. 8				

Typus operationis in ♂

Tempus ab aphelio				*Locus aphelii*			
anni	dies	hor	′	Sign.	gr.	′	″
0.	0.	1.	31	4.	29.	59.	48
0.	0.	0.	0	0.	0.	0.	0
		1.	31			1.	40
horar		1.	6	0.	0.	1.	40
0.	I.	II.	III	5.	0.	1.	28
		3.	6	*Loc: Helioc:*			
	0.	6		0°.	1'.	28''.	♍.
	0.	31					
0.	1						
0.	1.	40.	6				

In Venere erat longitudo aphelii Sign. 10. gr. 2. 24'. 14'', Et tempus ab aphelio dies 103. hor. 18. 10'. 39''. *Ingressa igitur Tabulam Veneris secundam pag. 164, invenio in margine dies 103, quibus respondent in prima columnâ. Sign. 5. gr. 14. 48'. 39''. vera distantia ab aphelio, quæ propter adhærentes horas & scrupula correctione indiget. Subtractis 103 diebus è Tempore dato, remanet differentia marginis hor. 18. 10' 39'', in hac multiplico horarium 4'. 3'', & proveniunt (rejectis quartis & tertiis) gr. 1. 13'. 37'', addenda distantiæ ab aphelio priùs excerptæ, & fit correctissima sign. 5. gr. 16. 2'. 16''. Addita hæc ad longitudinem aphelii, dat longitudinem Veneris Heliocentricam, Sign. 3. gr. 18. 26'. 30''; id est 18° 26'. 30''. ♋.*

Typus operationis in ♀re.

Tempus ab aphelio				*Locus aphelii*			
dies	hor.	′	″	Sign.	gr.	′	″
103.	18.	10.	39	10.	2.	24	14
103.	0.	0.	0	5.	14.	48	39
	18.	10.	39		1.	13.	37
		4.	3	5.	16.	2.	16
0.	I	II	III IV	3.	18.	26.	30
		1.	57	*in Signis*			
	0.	30		*denomin.*			
	0.	54.	0	18°.	26'.	30''	
		2.	36				♋
	0.	40					
1.	12						
1.	13	37.	7. 57				

In Mercurio longitudo aphelii erat Sign. 8 gr. 14. 22'. 40'', Et tempus ab aphelio dies 46. hor. 4. 59'. 21''. *Hoc immisso in Tabulam secundam Mercurii pagin. 189, invenitur proximè minus dies 46, quibus in prima columna respondent, Sign. 6. gr. 12. 52'. 47''. Vera distantia ab aphelio; nec non diurnus in secunda columna, (quo tamen in hoc negotio non indigemus) 6°. 19'. 29''; & in Tertia columna horarius, 15'. 49''. Inventos in Tabula dies subtraho à Tempore dato, relinquuntur hor: 4. 59'. 21''. in quæ horarius multiplicatus, facit (rejectis quartis & tertiis) 1°. 18'. 55'', addenda ad distantiam prius excerptam, ut fiat correctissima; sign. 6. 14°. 11'. 42''. Addita hæc ad locum aphelii, facit veram longitudinem Mercurii heliocentricam, Sign. 2. 28°. 34'. 22''.*

Typus operationis in ☿rio

Tempus ab aphelio					*Locus aphelii*			
dies	hor.	′	″		Sign.	gr.	′	″
46.	4.	59.	21		8.	14.	22.	40
46.	0.	0.	0		6.	12.	52.	47
	4.	59.	21			1.	18.	55
		15.	49		6.	14.	11.	42
0.	I.	II.	III.	IIII	2.	28	34.	22
		17.	9		*L. heliocent.*			
	48.	13			28°.	34'.	22''	
3.	16							II
	5.	15						
14.	45							
1.	0							
1.	18.	34.	45.	9				

Typus operationis in ☽nâ

Tempus ab aphelio				*Locus aphelii*			
dies	hor.	′	″	Sign.	gr.	′	″
13.	16.	1.	42	8.	15.	40.	53
13.	16.	0.	0	5.	28.	25.	17
		1.	42			1.	1
		35.	40	5.	28.	26.	18
0.	I.	II.	III. IIII	2.	14.	7.	11
		28	0	*id est*			
	0.	40		14°.	7'.	11''	
	24.	30					II
0.	35						
1.	0.	38	0				

Absolutè enim verus esset, nisi varia habitudo ad Solem motus ejus modò retardaret, modò accelleraret, de quo postea monendum erit. Atq; hac ratione in omnibus planetis excerptio & correctio è secunda Tabula absolvitur. Sciturq; jam, longitudo s. locus Solis absolutè verus, Lunæ v. prope verus; reliqvorum qvinq; Planetarum longitudo Heliocentrica, ex qvâ beneficio Tertiæ Tabulæ, (non magno negotio,) eruitur in singulis locus Geocentricus, Terricolis nobis unicè qvæsitus.

In

Qvæ

Qvæ igitur in Tertiâ Tabulâ reliqvorum Planetarum in praxi monenda restant, breviter persequar. Anteqvam vero calculator excerptionem, correctionem & applicationem adeat, ipsas Tabulas, earumq; partes prius bene consideret; qvibus cognitis, omnia futura sunt planissima.

TERTIA hæc TABULA, ut Tituli monent, continet in Area differentiam, *in gradibus & scrupul. primis;* qva, in superioribus ♄ ♃.♂. Longitudo s. locus Geocentricus differt, à loco Heliocentrico, *è secunda Tabula jam acquisito:* In ☿ & ♀rio, à vero Loco Solis; In Luna, qvâ locus ejus Geocentricus absolutus differt, à loco Geocentrico hypothetice vero.

In Fronte Tabulæ disposita est vera distantia Planetæ ab aphelio; qvæ è secunda Tabula extrahitur, in signis numerariis, & gradibus qvinis, subscribuntur Tituli Additionis & subtractionis, nec non, signatura numerorum in area contentorum, gradus scilicet & scrupula. *In Margine sinistro,* disposita est commutatio, seu distantia veri loci Solis à loco Superiorum heliocentrico; vel loci inferiorum heliocentrici, à loco Solis vero; etiam in signis numerariis, & signorum gradibus qvinis: Et ita qvidem ordinata est hæc Tabula, ut ad qvam libet libri aperturam, primus commutationis semicirculus [à Sign. 0. 0°, ad Sign. 5. 30°.] qvi semp titulum Additionis habet, in sinistrâ pag., alter v. ejusdé semicirculus, (à S. 6 0°. ad S. 11. 30°) q. ppetuò, notam subtractionis habet, in dextra pag. collocaretur. *In area Tabulæ est ipsa portio differentiæ, qvam qværimus, qvæ juxta Titulum Adde v. subtr: In superioribus loco heliocentrico; in Inferioribus loco vero Solis applicata; præstat (ut supra dictum est) locum Geocentricum, Terricolis expetitum.* *Stellula s. asteriscus* in columnis positus, est index maximæ è lineis differentiæ. In utraq; enim paginâ, numeri lineæ seqventis subinde crescunt, super numerum antecedentis, ab asterisco verò continuè decrescunt. Habet hæc Stellula & alium usum, in calce enim Tabulæ (sub singulis columnis) iterum recurrit, habens juxta se numeros; hic denotat, numerorum, in ea columna Stellulam proxime circumstantium, majorem, eo ipso numero è calce, augendum esse, ut habeatur maxima differentia, qvam vulgò, in superioribus qvidem maximam prosthaphæresin annuam, v. orbis; in inferioribus, maximam Elongationem, vocant. Est & Tertius ejus usus in correctione accuratâ, de qvo postmodum agam. Qvi transversim scribuntur Termini Stationum, suo loco explicantur.

Cur autem frons & margo per qvinos gradus saltent? rationes hujus has Lector habeat. 1. Hac formâ omnis varietas, qvæcunq; è continuè variantibus intervallis Solis & Telluris, Solis item & Planetæ demonstrativè resultat, intra cancellos octo foliorum coercetur, in singulis planetis; cum alioqvin, si ad singulos gradus Frons & margo extenderentur, ducenta folia singulis non sufficerent: qvorum evolutio, toties repetenda, & continuanda; e compendio faceret dispendium. 2. In hoc numero impari, accurata correctio (ut postea patebit) felicissimè instituitur, & absolvitur. Notet & hoc obiter Lector, numeros in areâ qvoad columnas ordinatim (nec admodum inæqvaliter) maxima ex parte crescere, & decrescere: ita, ut æqvalibus graduum saltibus Frontis, æqvalia incrementa & decrementa numerorum arealium respondeant: qvoad lineas vero, inordinatius, & sub magna inæqvalitate, ita ut æqvalibus graduum saltibus Marginis, æqvalia arealium numerorum incrementa & decrementa raró conveniant, sicut videre est fol. 144 ad commutat. Sig. 4. 5°, in proxima sub asteriscis lineâ; ubi in prima columna 41°. 28′, differunt à secundæ columnæ numeris 41°. 59′ minutis 31, & hi à Tertiæ columnæ numeris 42°. 30′ iterum 31 minutis, ut ordinata & æqvalia qvasi sint incrementa. Linearum v. ratione valdè differunt; ut in prima columna 41°. 28′, differt à seqventis lineæ numeris 41°. 1′, solis 27. scrupulis. Sed hi 41°. 1′. à seqventis lineæ numeris 40°. 1′. integro gradu differunt: Rursus hi, à seqventibus numeris 38°. 15′; gradu 1, & 46′; adeò ut decrementum sit valde inordinatum, & inæqvale. Et tenendum est,

est, qvod supra in genere de omnibus Tabulis Astronomicis monui, Numerorum arealium differentias columnares, deberi differentiis graduum frontis, & vice versâ, Lineares v. differentiis graduum marginis, & vice versa.

Pro excerptione è Tertia Tabula Planetarum DUO REQVIRUNTUR PRIÙS *nota, vera scilicet* PLANETÆ DISTANTIA AB APHELIO, *(qvæ ex secundâ Tabula, cum Tempore, extrahitur;)* ET COMMUTATIO; qvæ in superioribus acqviritur, subtrahendo longitudinem heliocentricam à vera longitudine Solis; In inferioribus vero, subtrahendo longitudinem, veram Solis, à longitudine Planetæ heliocentricâ. Hisce duobus concessis, ingrediatur calculator cum vera distantiâ Planetæ ab aphelio Frontem Tabulæ (pro ut Tituli jubent:) cum commutatione vero marginem; qværendo, dum datum numerum (qvod raró accidit) vel eo proximè minorem invenerit; communis, enim columnæ & lineæ concursus, (correctis corrigendis) dat portionem qvæsitam (*Hæc in Triangulo, qvod Tria centra, Solis, Telluris, & unius cujusq; Planetæ, in* UNIVERSO *connectit, est, in superioribus qvidem, angulus ad Planetam: In Inferioribus, angulus ad centrum Telluris:*) qvæ juxta suprascriptos titulos, in superioribus qvidem Longitudini heliocentricæ; in Inferioribus veræ longitudini Solis, vel addita; vel ab eâ subtracta, prodit ubiq; qvæsitam longitudinem Geocentricam, qvam nos Terricolæ veram, & absolutam vocamus.

Correctio porrò duplex est, altera ratione Frontis; altera ratione Marginis: illi, in Area differentia columnaris; huic, differentia linearis respondet. Differentiæ vero modo usitato inveniuntur, subtractione minoris Numeri à majori. Ubi Calculatori hoc in differentiis arealibus ad evitandam perplexitatem, commodè agendum est, ut, si seqvens numerus minor fuerit antecedente; differentiæ inventæ addat notam (decr:) decrementi, in hoc enim casu pars proportionalis subtrahitur: si vero seqvens major fuerit antecedente; addat notam (incr:) incrementi; qvia in hoc casu pars proportionalis perpetuo ad antecedentem numerum additur. Pro investigatione vero partis proportionalis, *RATIONE FRONTIS* talis analogia instituenda esset: qvæ est ratio 5. graduum qvibus frontis numeri saltant, ad totam differentiam columnarem in area; ea est graduum, & scrupulorum, qvibus proximè minor Frontis à proposito aliqvo numero superatur, ad partem proportionalem qvæsitam. *RATIONE VERO MARGINIS* talis esset: qvæ est ratio 5 graduum ad totam differentiam linearem in area; ea est, graduum & scrupulorum, qvibus propositus numerus proximè minorem Marginis superat, ad partem proportionalem qvæsitam. Atq; ita, tenore Regulæ proportionum, differentia Frontis, aut Marginis, multiplicanda esset in totam sibi analogam differentiam arealem, & per 5 gradus emergens summa dividenda; qvæ res, cum Calculatori valde molesta, & cum Temporis dispendio conjuncta, videbatur; anteverti etiam hanc necessitatem, exhibitâ Tabula (sub Litera E:) solâ excerptione, & excerptorum additione, partem proportionalem exhibente. Cujus usus, (ut Tituli in Fronte suprascripti; in calce subscripti; & Marginibus ad scripti monent) is est, ut *DIFFERENTIA GRADUUM FRONTIS, AUT MARGINIS* in Fronte primæ sectionis, scrupula verò si qvinq; non excedant, in calce ejusdem sectionis: si vero scrupula 5. excesserint, in Fronte secundæ sectionis qværantur. *GRADUS VERO ET SCRUPULA DIFFERENTIÆ AREALIS*, in Margine; & communis concursus dat partem proportionalem qvæsitam; ubi hoc diligenter tenendum est; *Si differentiæ plures species numerales habuerint;* tot ingressus cum singulis speciebus sigillatim esse faciendos, donec omnes partes suas extraxerint; qvæ postmodum in unam summam additæ, constituunt partem proportionalem qvæsitam. Nec non è re Calculatoris erit in subducendo calculo, certo alicui Operationis Typo adsvescere. Ego sequente utor: Exempli gratia, *sit data differentia Marginis 3°. 37′, qvibus propositus alicujus commutationis numerus à*

sibi

sibi proximè minori, in Tabula, differt: detur qvoq; differentia arealis 39', qvibus duæ lineæ in area, qvarũ indices in margine sunt, proximè minor & proximè major marginis gradus; d se invicem aut crescendo, aut decrescendo differunt; & qværitur pars proportionalis, hisce tribus gradibus 37 scrupulis competens: Ergo differentiam arealem 39' in superiori loco colloco, subductâ lineâ; futuri qvotientis signaturas I. II. III (si enim 5 gradibus solæ 39 scrupula convenerint; paucioribus ubiq; gradibus, nulla major species, qvam scrupulorum qvadrabit: Si vero gradus essent, etiam Signatura gradus, primo loco collocarentur:) subscribo. Hinc differentiæ marginis gradus 3. à sinistrâ colloco, iis subscribo scrupula 35 (37 enim in Fronte non habentur, sed solum 35,) & ult: resid: scrupula duo. Numeris sic ritè dispositis, 3 gradus in Fronte, qværo; & differentiam arealem 39' in margine sinistro; sic dat communis concursus 23. 24; eorum signaturæ in Fronte in linea scrupulorum (39 enim sunt scrupula non gradus) invenitur, I. II; sunt ergo 23'. 24'', qvæ etiam in Typo operationis sub hisce signaturis colloco; hinc 35' scrupula in fronte sectionis secundæ, differentiam arealem 39', iterum in Margine dextro qværo; & dat concursus communis 4'. 33''; qvæ etiam in Typo suis signaturis subscribo: de hinc duo reliqva scrupula, in calce sectionis primæ, & in margine 39' qværo; dat concursus communis 15. 36 qvorum signatura in calce est II. III, sunt igitur 15''. 36III, qvæ in Typo operationis sub competentibus signaturis collocantur, postea in unam summam colliguntur, qvæ fit 28'. 12II. 36III. pars proportionalis qvæsita. Aliud exemplum? Sit differentia Marginis 2°. 45', differentia vero arealis 8°. 31', qværitur pars proportionalis. Collocatis 8°. 31', in superiori loco, sub ducatur linea; eiq; signaturæ gr. I. II. III. ordine subscribantur. Et qvia in superiori loco duæ numerorum species collocantur; Utraq; species differentiæ Marginis, bis ponenda est, ad sinistram, qvibus collocatis, qværendi sunt 2 gradus in fronte primæ sectionis, & 8 gradus in margine sinistro; sic dat communis concursus 3°. 12', qvæ sub suis signaturis colloco; retentis duobus gradibus Frontis, qværantur etiam 31' in Margine; & dat communis concursus 12'. 24II; hæc qvoq; sub suis signaturis colloco: Hinc pergo qværendo 45' in secundæ sectionis Fronte, 8 gr. in Margine, & dat concursus communis 1°. 12'; hæc qvoq; sub suis signaturis colloco: Deinde retentis iisdem 45' in Fronte, qværo 31' in Margine, dat communis concursus 4'. 39'' qvæ etiam sub debitis signaturis pono, & numeros in unam summam colligo, qvæ est 4°. 41'. 3II, pars proportionalis qvæsita. Atq; hac ratione, pars proportionalis tàm ratione graduum interceptorum, distantiæ ab aphelio; qvàm commutationis, compendiosissime inqviritur.

Typus operationis.

diff: areal: 39'

diff: marg	I.	II.	III
gr. 3	23.	24	
scrup. 35		4.	33
scrup. 2			15. 36
	28.	12.	36

Typus operationis.

diff: areal: 8°. 31'.

diff: marg:	gr.	I.	II.	III
gr. 2	3.	12.		
gr. 2		12.	24.	
scrup. 45	1.	12.		
scrup. 45			4.	39.
	4.	41.	3.	

Verum revertar ad correctionem, & applicationem, unde me Tabulæ proportionalis explicatio abduxerat: & exercebo nostrum suprà propositum Exemplum. ♃ in ♄. in qvo inveniebatur vera distantia ab aphelio 8 Sig 4 gr. 23'. 9'', nec non Longitudo heliocentrica 5 sig. 1 gr. 28'. 30'', inventa est qvoq; vera longitudo Solis, s. verus locus ejus Geocentricus ab æqvinoctio verno, 6 Sign 8 gr 14'. 27''; *ab hâc subtracta longitudo Saturni heliocentrica, relinqvit commutationem qvæsitam 1 Sign. 6 gr. 45'. 57II. Ergo cum distantia ♄i ab aphelio Ingredior Frontem Tertiæ Tabulæ ejus; qværendo 8 Sig. 4 gr. &c: qvibus proximè minorem fol. 98 invenio 8 Sig. 0 gr. differentem à meâ 4°. 23'. 9II qvæ sunt differentia Frontis. In margine v. inqviro commutationem 1 Sig. 6 gr. &c, qvâ proximè minorem invenio 1 Sig. 5 gr. differentiam à meâ 1 gr. 46'. (nam secundorum numerus qvando 30 excedit, habetur in hoc negotio, pro uno scrupulo primo: sed ubi à 30 deficit non*

non attenditur;) ad communem igitur concursum illius columnæ, & hujus lineæ extrahitur numerus 3°. 16', duplici ratione, tam columnaris; qvam linearis differentiæ corrigendus. Corrigam primo juxta differentiam columnarum; & qvia sequens columna habet 3. 5. differentiâ 1'. decresc: dico igitur, ad 5 gradus Frontis decrescit numerus per 1. minutum, qvantum decrescet per 4 gradus, & 23'? Dat Tabula proportionalis 53'' subtrahenda è 3° 16', remanet numerus arealis ratione columnæ correctus 3°. 15'. 7''. Deinde attendo qvantum mutetur numerus in sequente linea, & invenio ibi 3. 41, ut differentia increscens sit 25'. Dico iterum 5 gradus marginis faciunt arealis numeri incrementum 25'; qvantum incrementi faciet mea differentia marginis 1°. 46'? & dat Tabula proportionalis 8'. 50''; hæc, qvia differentia arealis increscebat, addo ad 3. 15. 7, & proveniunt 3. 23. 57. numerus arealis correctissimus, adeoq; ipsa DIFFERENTIA *qvæsita, qvâ locus Saturni Geocentricus differt à loco heliocentrico. Et qvia in Fronte superscribitur titulus Adde, additur hic numerus ad longitudinem heliocentricam, & fit Geocentrica qvæsita; 5 Sig. 4° 52'. 27''.*

2. In ♃ove inveniebatur vera distantia ab aphelio 5 Sign. 12 gr. 40'. 13'', nec non locus heliocentricus 11 Sign. 20 gr. 14'. 29''. *adhibito etiam loco Solis, commutatio 6 Sig. 27°. 59'. 57''. Cum hisce ingredior Tertiam JOVIS Tabulam, qværendo veram distantiam ab Aphelio in Fronte Tabulæ, qvâ proxime minorem fol. 121 invenio 5 Sign. 10°. ut sit differentia Frontis 2°. 40'. 13''. commutationem in Margine, qvâ proximè minorem invenio 6 sign. 15°. & fit differentia marginis 2°. 59'. 58'' (pro qvibus qvia tantum 2'' desunt eis, 3 gradus solidos usurpo) & dat communis concursus hunc numerum 3°. 43', dupliciter, & pro differentia Frontis, & pro differentia Marginis, corrigendum; verum qvia sequentis columnæ numerus idem est cum excerpto; indiciũ præbet, ratione Frontis, nullam correctionem necessariam esse; sequens autem linea incrementum sumit 1°. 8'. Extrabo cum his è Tabulæ proportionali 40'. 48'', addenda numero prius extracto, ut fiat 4 gr. 23'. 48'', ipsa absoluta differentia, qvâ differt locus ♃ geocentricus, à loco ejus heliocentrico. Hanc jubet suprascriptus Titulus subtrahere à loco heliocentrico: & fit motus Geocentricus verus, sive nobis Terricolis qvæsitus; 11 Sign. 15 gr. 50'. 41''.*

3. In ♂te inveniebatur vera distantia ab aphelio 0 Sign. 0 gr. 1'. 40'', nec non locus heliocentricus 5 Sign. 0 gr. 1'. 28'', *qvo subtracto à vero loco Solis, fit commutatio 1 Sign. 8°. 12'. 59''. Qvæsita vera distantia ab aphelio 0 Sign. 0 gr. fol. 140 invenitur, in primâ columnâ. Commutatione vero in Margine proxime minor se offert 1 sign. 5 gr. sit differentia Marginis 3 gr. 13' fere; & ad communem concursum 13°, 0', numerus arealis, tàm ratione Frontis qvàm marginis alioqvin corrigendus: verum qvia sequentis columnæ numerus idem est, hac vice correctio respectu Frontis non erit necessaria. Lineæ verò sequentis numerus 1. gradu 48' increscit, de qvibus Tabula partis proportionalis pro 3 gradibus 13 minutis sumit partem proportionalem 1 gr. 7' 29'', addenda numero arealis prius extracto; & fiunt 14 gr. 7'. 29'' numerus arealis absolutus, & correctus, qvi juxta superscriptum in Fronte Titulum, additur loco heliocentrico, fit locus Geocentricus qvæsitus 5 Sign. 14 gr. 8'. 57''.*

4. Veneris vera distantia ab aphelio inventa est 5 Sig. 16 gr. 2'. 16''; nec non longitudo heliocentrica 3 sig. 18 gr. 26'. 30'', *à qvâ subtracta vera longitudo Solis, relinqvit commutationem 9 sign. 10 gr. 12'. 3''. Qvæsita vera ab aphelio distantia Veneris fol. 173 invenitur eâ proximè minor 5 Sign. 15 gr. ut differentia Frontis sit 1 gr. 2'. 16''. Commutatione qvoq; in margine proximè minor invenitur 9 sig. 10°, ut differentia marginis sit 0 gr. 12'. 3''. Communis columnæ, & lineæ concursus dat numerum arealem 32°. 12'; dupliciter, & Frontis & Marginis ratione corrigendum. Et qvia sequentis columnæ numerus per 3' incrementũ sumit: differentia Frontis sumit partẽ proportionalem 37'' addendam; & sit numerus arealis respectu frontis correctus 32°. 12'. 37''. sequentis verò lineæ numerus per 1°. 52' decrescit; Et differentia marginis sumit partem proportionalem 4'. 29'' subtrahi*

trah: ut fiat numerus arealis correctissimus 32°. 8'. 8'', id est 1 sign. 2 gr. 8'. 8''. Quæ quia titulus Frontis jubet subtrahere, subtrahantur à vera longitudine Solis, & fit locus ☿ Geocentricus quæsitus 5 sign. 6 gr. 6'. 19''.

5. In ☿ inveniebatur vera distantia ab aphelio ♉ sig. 14°. 11'. 42'', nec non Longitudo heliocentrica 2 sign. 28°. 34'. 22'' *à quâ subtracto vero loco Solis, restat commutatio 8 sign. 20° 19'. 55''. Vera distantia ab aphelio quæsita in tertia Tabulæ ☿ii, invenitur fol. 199 eâ proximè minor 6 sign. 10°, ut sit differentia Frontis 4°. 11'. 42'', Commutatione proximè minor in margine 8 sign. 20°. Fit differentia marginis 0 gr. 20' ferè, Communis porrò concursus dat numerum arealem 17°. 43'; & Frontis, & marginis nomine corrigendum. Et quia sequentis columnæ numerus per 5'. crescit, (est enim 17°. 48') differentia Frontis partem proportionalem sumit 4'. 12'' addenda; fit numerus arealis respectu Frontis correctus 17°. 47'. 12''; Linea v. sequens per 17' decrescit, de quibus differentia marginis sumit partem proportionalem 1'. 8'' subtr. ut correctissimus numerus arealis sit 17°. 46'. 4'', habens Titulum è Fronte Tabulæ subtr: subtrahatur igitur à verâ longitudinè Solis, & remanet quæsita longitudo Geocentrica 5 sign. 20°. 28'. 23'' erit quippe ☿ in 20°. 28'. 23''. m.*

6. Tandem in ☽ proveniebat distantia ab apogæo 5 *sign.* 28°. 26'. 18'', nec non Longitudo hypothetice vera 2 sign. 14°. 7'. 11''; *ab hac subtracta vera longitudo Solis, relinqvit commutationem ☽æ menstruam, sive distantiam à Sole 8 sign. 5°. 52'. 44''. Veram distantiam ☽ ab apogæo quæro in tertia ☽æ, fol. 219, Tabulâ; qva proximè minorem invenio 5 sign. 25°, ut sit differentia Frontis 3°. 26'. 18'': Commutatione vero in margine proximè minor invenitur 8 sign. 5 gr. differentia marginis 52'. 44'': Communis porrò concursus columnæ & lineæ dat 1 gr. 19' numerum arealem, Frontis, & Marginis nomine corrigendum. Et qvia sequentis columnæ numerus 1. 30, crescit 11 scrupulis, differentia Frontis de iis per Tabulam E. sumit partem proportionalem 7'. 33'' addenda, ut fiat primò correctus 1°. 26'. 33'': sequentis vero lineæ numerus 1° 4' per 15' decrescit, de qvibus differentia marginis sumit partem proportionalem 2'. 39'' subtrahenda; subtrahantur ergo, & remanet numerus arealis correctissimus 1°. 23'. 54''. qvi ex Titulo suprascripto addendus est ad longitudinem ☽æ hypothetice veram; ut fiat locus verus in orbitâ 2 sign. 15°. 31' 5''.*

Iste est modus è tertiis Planetarum Tabulis excerpendi, excerpta corrigendi, excerpta & correcta applicandi, ut obtineatur omnium planetarum longitudo Geocentrica, qvam nos Tericolæ qværimus, & locum verum appellamus. Ubi Lector circa differentias numerorum arealium hæc notet. 1. Si inter duos numeros (qvod in Tertia Lunæ Tabula sæpius fit) in area positos, sive columnarum, sive linearum respectu, titulus mutatus fuerit, meminerit calculator, differentiam horum numerorum (non subtractione minoris à majori) qvod aliâs fit; sed additione utriusq; in unam summam, inqvirendam esse. Exempli gratia, *fol. 219 sit inter columnas 5 sign. 5°. & 5 Sign. 10°, in linea, cujus index in margine 8 Sig. 15°, numerorum arealium differentia invenienda; in antecedente offertur 0 gr. 6' subtr: in seqvent. 0 gr. 8' addenda. Addo igitur 6 ad 8 (qvia Tituli mutati sunt:) fiunt 14'. differentia qvæsita. Ita in columnâ, cujus index in fronte 5 Sig. 10°, linea cujus index in margine 8. Sig. 15°, habet numerum arealem 0. 8 add: sed seqvens linea 0 gr. 13', subtrah: si de differentia qværatur, addo 13' ad 8', fiunt 21' vera differentia inter istas lineas.* Et in hoc casu pars proportionalis, qvæ semper subtractoria fit, conferatur cum numero antecedente, qvi si major fuerit parte proportionali, hæc ab illo subtrahitur, & manet residuo Titulus numeri antecedentis: qvod si verò pars proportionalis major fuerit numero antecedente, ipse à parte proportionali subtrahitur, & residuo titulus sequentis lineæ tribuitur. Ut si in præcedente nostro exemplo, retentâ distantiâ ☽æ ab apogæo, distantia ☽æ à ☉e esset 2 sig. vel 8 sign. 16°. 15' (in distantia n. ☽æ à ☉e, signa opposita eandem habent æqvationem; sicut è combinatione in margine videre est; ubi 0. & 6, 1 & 7, 2 & 8, combinantur;) differentia

rentia Marginis 1 gr. 15', sumeret de differentia areali 21' jam inventis, partem proportionalem 5'. 15''. Antecedens numerus est 8', cum Titulo adde; major parte proportionali è Ergo hæc ab illo subtrahitur, & remanent 2'. 45'', retinentia Titulum add; Si verò in eadem ab apogæ distantiâ, data esset distantia ☽æ à ☉e 8. Sign. 18°. 20'; ut differentia marginis esset 3°. 20', qvibus de differentia areæ 21'' cedunt, pro parte proportionali 14' 0''. Hæc pars proportionum major est numero antecedente; qvi propterea à parte proportionali subtrahendus est, & residuum 6'. 0''. acqvirit Titulum numeri sequentis scilicet subtractionis. Atq; hæc scitu necessaria sunt in 3tiâ Tabulâ Lunæ.

2. In reliqvorum Planetarum tabula Tertiâ, de numeris stellulam proximè circumstantibus hoc tenendum est; differentiæ eorum, semper numerum illum, qvi in calce Tabulæ ad stellulam scribitur, duplicatum addendum esse, ut vera differentia inter duas istas lineas habeatur. Ipsum verum numerum calcis simplicem, majori stellulam circumstantium semper addendum, ut habeatur numerus maximæ illius in eâ columnâ prosthaphæresis, sive differentiæ, loci geocentrici ab heliocentrico. Atq; hic numerus maximæ prosthaphæresis in primo commutationis semicirculo ad 3. signa additus; ostendit in ipso scrupulo, commutationis punctum, in qvo maxima illa prosthaphæresis obtingat; In secundo commutationis semicirculo, numerus maximæ prosthapheresis à 9 signis subtrahitur, & habetur similiter in ipso scrupulo, punctum commutationis, in qvo dicta maxima differentia contingit. Exempli causa; *Detur in ☿ris Theoriâ vera ejus ab aphelio distantia 3. Sign. 25°, nec non commutatio 4. Sign. 15°, & 4. Sign. 20°, qværitur differentia arealium numerorum, maxima qvoq; prosthaphæresis; ut & punctum commutationis, in qvo ista maxima æqvatio contingit. Ergo fol. 170 qvæsita in fronte distantiâ ☿ris ab Aphelio, & commutatione in margine, communis concursus dat 47°. 16', postmodum ponitur asteriscus sive *; hanc sequitur numerus 47°. 15', horum minor à majori subtractus relinqvit differentiam 1', qvo duæ lineæ differrent.* Verum qvia hic versamur circa maximæ æqvationis terminum, qvem stellula designat, aliter procedendum est. *Ergo in ea columnâ in calce stellulam, qværo, qvæ hujus rei causa, ibi collocatur, cuj; adscriptum numerum 2' extraho, hic duplicatus facit 4', qvæ addita ad 1' differentiam prius excerptam dat 5', veram differentiam arealem inter dictas duas lineas. Porro 2 adduntur ad majorem stellulam circumstantium, scilicet 47°. 16' fiunt 47°. 18', ipsa maxima æqvatio, qvæ in hac columna potest obtingere. Hæc in species Astronomicas scilicet 1 Sign. 17°. 18' resoluta, & ad 3 Sign. addita (qvia commutatio est ex primo semicirculo) dat punctum commutationis 4 sign. 17°. 18', in qvo dicta maxima æqvatio contingit:* Pars verò proportionalis qvæ semper in hoc casu adjectoria est, hac cautelâ applicetur, ut numero antecedenti tantisper addatur, dum inde emergens numerus ultra maximam æqvationem non excrescit: Si vero excreverit, pars proportionalis à tota differentia areali subtrahitur, & qvod restat numero posteriori additur. *Ut in hoc exemplo si pars proportionalis emergeret, 3'. 40'', addita ea ad numerum antecedentem 47°. 16', producerent 47°. 19'. 40'', verum qvia maxima æqvatio 47°. 18' solummodo habet, proinde vitiosa foret æqvatio, subtrahenda ergo est pars proportionalis à tota differentia areali 5', & qvæ remanent 1'. 20'' adduntur ad numerum seqventem, fiunt 47°. 16' 20'', æqvatio satis præcise correcta.* Hæc est ratio compendiosissima, æqvationem è Tertiâ Tabula excerpendi, corrigendi, & applicandi. Verum qvia (ut supra monui) saltibus graduum marginis perpetuò sibi invicem æqvalibus, numerorum arealium interlineares differentiæ, in ♂. ♀. ☿. præcipuè, sibi invicem prorsus æqvales non semper respondeant: sed earũ incrementi & decrementi qvantitatis, magna fit variatio & inæqvalitas, præsertim in primi commutationis semicirculi ultimis, & secundi ejusdem semicirculi primis signis; propterea ne fortè aliqvi, videntes in extrema illâ præcisione, qvæ in computandis EPHEMERIDIBUS, & in disqvisitione fundamentalium observationum reqviritur, in 4. 5. 6 & 7 commutationis signo, in ♂. ♀ & ☿. aliqvan-

aliqvantulam differentiolam à Triangulari ratiocinio, in hac correctione intercedere, ansam arripiant ipsas Tabulas imperfectionis arguendi; En! cum Lectore Astrophilo aliam Tabulam (sub litera D:) communico, ad cujus filum, si in investigatione partis proportionalis, qvæ ratione marginis instituitur, incesserit, experiundo brevi discet, ab accuratissima & ardua illa Triangulorum ratiocinatione se parum aut nihil usu Tabularum abludere. Fatebiturq; compendium illis ineſſe, accurationis dispendii (qvod alias crebrò solet accidere:) expers.

Continet vero hæc Tabula differentias portionum æqvationis, singulis gradibus Commutationis sive marginis respondentium, proximè veras; qvæ ritè applicatæ, correctiones præstant accurratas, & satis præcisas. In Fronte & Calce hujus Tabulæ sunt nomina Planetarum, ostendentia, qvæ Tabulæ subjectæ pars unicuiq; eorum conveniat? Seqvuntur Asterisci, in ☿ii ♀ris & ♂tis Tabulis (in ♄i & ♃vis non sunt necessarii, cum illæ differentiæ in perihelio parum aut nihil varient ab iis, qvæ obtingunt in aphelio) qvibus numeri graduum maximæ æqvationis (qvæ, ut supra monui, in areis prope asteriscos sedem habet,) junguntur. Hi Lectorem monent, differentiis hujus Tabulæ in iis columnis locum esse, qvæ eundem ad asteriscum, in area positum, graduum numerum habent. In Margine sinistro est primus commutationis semicirculus, ad qvinorum graduum, ordine descendentium saltus, non aliter, qvam in Tertiis Planetarum Tabulis, digestus: in dextro vero est alter commutationis semicirculus, itidem ad graduum qvinorum, ordine ascendentium saltus, dispositus. Hisce in Area utrinq; respondent scrupula prima & secunda (prout, signaturæ Frontis ostendunt) differentiæ qvintarum, sive portionum arealium, singulis marginum gradibus competentium. Ipsa porro Area, juxta planetarum maximæ æqvationis qvantitatem, in 4 sectiones dirempta est, 1 sectio ☿ destinata, unicam columnam habet, qvæ toti Tabulæ ☿i Tertiæ, omnibusq; ejus columnis (non attentis ibi asterismis arealibus) in correctione hâc accuratâ sufficit. 2 ♃vi competens sectio, unica columnâ, perinde ut prima, ob easdem plane causas, continetur. 3 vero ☾io conveniens sectio, undecim columnis constat, cum enim hoc Sidus (Versatilè olim dictum) circa aphelium maximam æqvationem fere 28; sed in perihelio 18 solummodo graduum faciat, fit, ut ita inclusive undecim columnæ, singulis maximæ æqvationis gradibus qvadrantes, reqvirantur. Qvarta sectio ♂ti & ♀ri conjunctim attributa, 12 columnas habet. Cum enim ille circa aphelium maximam æqvationem 36, in perihelio 47 graduum ostendat; Hæc vero intra cancellos (per totam Tabulam) 45 & 47 graduum sese contineat; utiq; tres ultimæ columnæ ♂ti & ♀ri communes erunt, reliqvæ novem priores soli Marti in sortem cedent.

Usum porro in hac Tabula contentorum numerorum, utendiq; modum, seqventi præcepto adstringo: In Tertia alicujus Planetæ (♄. puta ♃. ♂. ♀. & ☿.) Tabula, datâ per veram ejus ab aphelio distantiam columnâ, in qvâ, juxta signa & gradus commutationis in Margine, numerus arealis sive ipsa æqvatio, excerpenda & accurratè corrigenda est; graduum asteriſco proximorum numerum in fronte Tabulæ D. qvære; commutationem v. datâ minorem, in margine, vel sinistro, vel dextro; & dat concursus communis differentiam portionum qvæsitam; qvam à latere positam, asservabis. Hinc cum commutatione proximè minori è Tabula Tertia, excerpe numerum arealem, per partem proportionalem (ut supra ostendi) corrigendum, hunc qvoq; asserva. Tandem subtractione commutationis proximè minoris à datâ, constitue differentiam marginis, qvam etiam seorsim notabis. Numerum v. arealem cum proximè seqventis lineæ numero (sive crescente sive decrescente) compara, & utriusq; differentiam interlinearem excerpe, addita etiam notâ increſ. vel decreſ: (ut supra monui) prout seqvens v. creverit, vel decreverit. Hæc differentia interlinearis, immissa in primam columnam Tabulæ partis proportionalis, sub litera E, (cujus index est) gradus differentiæ Marginis) & qvæsitis in margine gradibus & minutis differentiæ arealis excerpantur & addantur numeri, vel qvod eodem recidit, dividatur mente tota differentia interlinearis

aris per numerum qvinarium, & constituta, erit ⅕ totius differentiæ interlinearis, v. portio, uni gradui competens; si nimirum æqvalibus marginis portionibus, homologæ portiones differentiæ arealis corresponderent, qvam med.o loco scribes, & juxta eum numerum ex hac Tabula D excerptum, & prius asservatum, collocabis. Jam si in eadam columnâ asteriſcus numerum arealem corrigendum præcesserit differentia illa à portione sursum bis continue subtrahenda; deorsum bis continuè addenda est. Si v. asteriſcus numerum arealem seqvatur; differentia dicta sursum bis continue addenda; deorsũ subtrahenda est, & producentur qvinq portiones sibi invicem in æqvales, respondentes 5. gradibus marginis: prima primo, secunda secundo, &c: gradui; qvæ postmodum juxta gradus differentiæ marginis in unam summam colliguntur, & provenit pars proportionalis subtiliter & accuratè satis. qvæsita. Exemplo res magis liqvebit *Detur ♂tis vera distantia ab aphelio Sign. 4. 5° & commutatio Sign. 5 13°. 15' qværitur* æqvatio *s.* differentia *(qva locus ♂tis è Tellure conspectus, differt à loco ejusdem è centro Solis v. s.) accuratè & subtiliter computata. Ingredior Tertiam Tabulam ♂tis, & invenio fol: 144 hanc ejus distantiam, columnæ ante penultimæ superscriptam. In Margine, commutatione datâ minorem reperio, Sign. 5. 10°, ut differentia Marginis sit 3° 15', & communis concursus columnæ & lineæ, dat 35°. 59' numerum arealem, pro adhærentibus 3. gradibus 35 scrup. accuratè corrigendum: Seqventis lineæ numerus est 30°. 14', ita* differentia decrescens *erit 5°. 45'; hæc immissa in Tabulam proportionalem, E.v. mente per 5 divisa, dat* ⅕ *s.* portionem uni gradui competentem, 1°. 9'. 0", *& hanc medio loco pono. Deinde in eadem columna considero numerum majorem circa asteriſmum, qui est 44. 53, pro qvibus sumo, numero rotundo 45°; Atq; hi me remittunt in Tabula sub Lit. D ad antepenultimam columnam, in cujus fronte 45° ad asteriscum scribuntur, jubentq; in hac columna differentiam qværere: Ergo in margine dextro, commutationi Sign. 5. 10°. respondet in hac columna 4'. 57". ipsa qvæsita* differentia portionum, *qvam juxta portionem unius gradus (supra inventam) pono, sic: 1°. 9'. 0". [4'. 57". Et qvia ✻lula numerum excerptum præcedit; jubet ea sursum bis continuè subtrahere, deorsum, bis continuè addere. Subtraho igitur mente 4'. 57", à portione constituta 1°. 9'. 0", restant 1°. 4' 3", alia portio; qvam directè priori in omnibus speciebus superscribo. Atq; ab hac denuo, dictam differentiam subtraho, remanent gr. 0 59'. 6". qvæ alteri portioni superscribo; & sic bis continuè sursum differentiam subtraxi. Hinc deorsum differentiam dictam 4'. 57", ad portionem 1° 9'. 0" addo, sit qvarta ordine portio 1°. 13' 57", qvam primò extractæ subscribo, & huic denuò differentiam addo, fiunt 1° 18'. 54". qvinta portio, qvam ultimo loco subscribo. Atq; ita omnibus 5 gradibus commutationis, inter Sig. 5. 10°. & Sign. 5. 15°, interceptis, suæ portiones satis accuratæ constitutæ sunt, prima primo, secunda secundo, Tertia tertio. &c. Jam qvia datâ commutatio à sign. 5 10°. per 3°. 15' differre supra inventa est, Tres igitur superiores portiones seorsim extrahantur, & 15 scr. in qvartam multiplicata producunt 18' 29", qvæ cum tribus extractis, in unam summam collecta, faciunt partem proportionalem accuratè qvæsitam gr. 3. 30'. 38". Hæc (qvia seqventis lineæ numerus decrescit) subtrahenda est, à numero arealis primum extracto, 35° 59'. 0", remanet æqvatio Martis accuratè qvæsita, 32°. 28'. 22"; cui è Fronte titulus est additionis; Addenda qvippe est ad locum Martis heliocentricum, ut fiat locus Geocentricus qvæsitus. Velut si Locus, s. longitudo ejus heliocentrica concessa foret Sign. 9. 4°. 55'. 10"; fieret longitudo Geocentrica Sign. 10. 7° 23'. 32".*

Typus operationis.

	0.	1.	11	
	0.	59.	6	sursum, subtrahenda
	1	4.	3	
[portio]	1.	9.	0	[4' 57" deorsum, addenda
	1.	13	57	
	1.	18.	54	
	0.	59.	6	
	1	4.	3	
	1	9.	0	
		18.	29	
	3.	30	38	

Aliud exemplum in Venere.

Detur vera distantia Veneris ab aphelio Sign. 10. gr. 15: nec non commutatio Sign. 6. 17°. 48', qværitur è Tertia ejus Tabula æqvatio accuratè correcta. *Facio ingreſsu in Tabulam dictam, invenitur fol. 181 hæc distantia, superscripta primæ columnæ;*

commutatione vero datâ, Margo proxime minorem exhibet Sign. 6. 15°. (ut differentiæ Marginis sit 2°. 48',) ad mutuum hujus lineæ & columnæ concursum, numerus arealis ſ. ipſa æquatio extrahitur 31°. 9', propter adhærentes 2°. 48' Marginis accuratè corrigenda. Sequentis lineæ numerus 37°. 3' incrementum ſumit per 5°. 54', hæc differentia in Tabulam proportionalem ſub lit: E. immiſſa, vel mente diviſa dat ⅓ totius differentiæ, ſ. portionem uni gradui competentem 1°. 10'. 48'' quantitate, & ſitu mediam. Deinde conſidero in eadem columna numerum, aſteriſco adſtantem majorem, & invenio 46°. 16', pro quibus ſumo 46° numero rotundo (non enim operæ pretium eſt, nimis ſcrupulosè hæc tractare) Hic numerus me remittit in Tabula D. ad columnam penultimam, In qva è tranſverſo ſign. 6. 15°, marginis dextri, differentia portionum invenitur 5'. 16'', atq; hæc juxta portionem ſupra formatam ſic pono: 1° 10'. 48'', (5'. 16'', Et qvia in Tabula ♎ris ✱ ſequitur numerum arealem extractum; jubet præceptum differentiam hanc portionibus ſursùm, bis continuè addere; deorsùm bis ſubtrahere: Addo igitur 5'. 16'' mente ad 1°. 10'. 48'', fiunt 1°. 16'. 4'', qvæ juxta ſpecies ſingulas, portioni mediæ ſuperſcribo: eadem ad eandem denuo portionem addo, fiunt 1°. 21', 20'', qvæ in ſuperiori loco colloco. Deinde deorſum à media portione differentiam ſubtrabo, reſtant 3°. 5'. 32'', qvæ ſubſcribo; ab his rurſus denuo differentiam ſubtrabo reſtat 1°. 0'. 16'' ultimo loco ponenda. Et ita illis 5. gradibus, qvibus in margine Sig. 6. gr. 15 commutationis à Sign. 6. 20° differunt; cuilibet ordine ſua competens portio conſtituta eſt, primo prima, ſecundo ſecunda, &c: Et qvia correctio pro duobus gradibus & 48' inſtituenda eſt; pro illis 2 gradibus priores duas portiones extrabo, & in tertiam, 48' multiplico, & produco 56' 38'', Tria hæc in unam ſummam collecta, faciunt 3°. 34' 2'' partem proportionalem accuratè qvæſitam. Qvæ numero areali extracto addita (qvia ſequens numerus augetur) facit 34°. 43'. 2'' æquationem qvæſitam, juxta titulum Frontis, ſubtrahenda a vero loco Solis, ut ſi locus Solis conceſſus fuerit Sig. 1. 29°. 30'. 0'' Veneris locus Geocentricus ſit: Sign. 0. 24° 47'. Et tantum de Excerptione, correctione, & applicatione è Tertia cujusvis Planetæ Tabula.

Typus operationis

	gr.	′	″	
	♑	1.	21.	20
	♑	1.	16.	4
portio	♑	1.	10	48
		5.	32	
		0.	16	
		0.	′	″
	♑	1.	21.	20
		2.	36.	4
		0	56.	38
	♑	3.	34.	2

Seqvitur excerptio, & applicatio è Qvarta Tabula.

Qvarta Unius cujusq Planetæ Tabula Latitudini dicata eſt, ſicut tituli monent. Excerpitur enim inde (correctione adhibitâ) vera Latitudo Planetæ. In Fronte hujus Tabulæ diſpoſita eſt vera diſtantia planetæ heliocentrica à Nodo ejus evehente, vel Boreo, in ſignis, & denis Signorum gradibus, (Vulgo argumentum latitudinis dicta) excepta Luna, cujus Frons per 5. gradus ſaltat. In Margine eſt commutatio, etiam per 10. gradus diſpoſita. In Area ipſa Latitudo, qvæ utrum borea, vel auſtralis ſit, Tituli in Fronte indicant. In calce titulus monet, utrum planeta verſus Boream aſcendat, vel in auſtrum deſcendat?

Ad excerptionem ergo duobus indigemus, primùm ARGUMENTO LATITUDINIS, ſive vera diſtantiâ loci Planetæ heliocentrici, (Lunæ Geocentrici) a Nodo Boreo, ſive evehente. ALTERUM eſt COMMUTATIO; qvæ in inveſtigatione longitudinis jam nota eſt. Argumentum vero acqviritur, locum ☌ à Longitudine heliocentrica ſubtrahendo: qvod n. remanet, eſt argumentum Latitudinis qvæſitũ. Hoc Argumentum in Fronte Tabulæ qvæſitũ, & commutatio in margine (correctis corrigendis) dat veram latitudinem qvæſitam.

Correctio v. perficitur Tabulâ ſub litera F: qvæ in alterâ facie Chartæ Tabulæ ſub Lit. E exprimitur. Cujus uſus in negotio Latitudinis, idem eſt, qvi Tabulæ ſub E: in inveſtigatione partis proportionalis circa Longitudinem. In Fronte enim gradus, & ſcrupula Frontis aut Marginis intercepti; in Margine differentiæ areales, qværuntur, & ſic pars proportionalis extrahitur. PRÆCEPTUM igitur generale hoc eſt,

Cognitis ali cujus Planetæ loco ☌, Longitudine heliocentricâ, & commutatione

tatione, ſubtrahe ſemper locum ☌ à loco heliocentrico, & acquires Argumentum Latitudinis; Hoc in Fronte Tabulæ Latitudinariæ; Commutatione in margine qvæſitis; communis concurſũ dat (correctione per Tabul. F inſtitutâ) *Latitudinem qvæſitam.* Frons titulum plagæ; Calx aſcensùs & deſcenſũ præbent.

Ut in noſtro ſuperiori Exemplo, Longitudo Saturni heliocentrica inveniebatur Sig: 5. 1°. 28'. 30', dabatur etiam prima ſtatim operatione, Locus ☌ bini Sig 3. 22° 3' 57''; qvi numeri à numeris loci heliocentrici ſubtracti, relinqvunt Sig. 1. 9°. 24'. 33'' argumentum Latitudinis ſeu veram diſtantiam loci heliocentrici à loco ☌. Erat qvoq; commutatio Sig. 1. 6°. 45'. 57'': *Ergo cum Argumento Latitudinis Saturni ingreſſu facto in Tabulam Latitudinariam fol. 104, invenio in Fronte data diſtantiâ proxime minorem Sign. 1. 0° qvartæ columnæ ſuperſcripta, ita ut differentia Frontis ſit 9°. 24'. 33'', vel numero rotundo 9°. 25'. Commutatione in margine qvæſita, proxime minorem 1 Sig. 0°, ut differentia marginis ſit 6°. 46'; & dat concurſus communis numerum arealem 1°. 10' duplici nomine corrigendum, tam Frontis, qvàm marginis ratione. Reſpectu Frontis numerum arealem à ſequentis columnæ numero 1 30 ſubtrabo, provenit differentia increſcens 20'. Hæc in Tabula F partis proportionalis qvæſita in margine, & 9° in Fronte dat 18'. 0'', deinde 20 ſcrupula dant 40''; & 5 min., dant 10'', ita ſumma horum conſtituit partem proportionalem 18'. 50''. addenda ad numerum primo excerptum; & ſit ratione differentiæ columnaris correctus 1°. 28'. 50''. Deinde ſequentis lineæ numerum tum excerpto confero, eorumq; differentiam inqviro, qvi cum idem ſit cum excerpto, nullamq; differentiam faciens, correctioni locus non eſt; & manet ita Latitudo Saturni qvæſita & abſoluta 1° 28' 50'', cui Frons titulum plagæ boreæ, calx aſcenſum tribuit; dico igitur, Saturnum ab Ecliptica verſus boream 1°. 28'. 50'', evagari: atq; magis magisq; ab eâ elongari, & aſcendere.*

In Jove erat longitudo heliocentrica Sign. 11. 20°. 14'. 25'', & locus ☌ Sig. 3. 5°. 29'. 6'', nec non commutatio Sign. 6. 17° 59' 58'', locus ☌ ſubtractus à loco heliocentrico, relinqvit Argumentum latitudinis Sign. 8. 14°. 45'. 23''; *Cum his ficto ingreſſu fol: 132 in Tabulam Jovis Latitudinariam, argumenti numeros præcisè non invenio, ſed proxime minorem Sig. 8. 10° columnæ 2dæ ſuperſcriptũ: in margine qvoq; commutatio proximè minor S. 6. 10° invenitur. Ad communem horum concurſum, extraho numerum arealem 1°. 33' dupliciter tam ratione columnaris; qvam linearis differentiæ corrigendum. Ratione differentiæ columnaris, comparo numerum excerptum cum numero ſequentis columnæ 1°. 38', & invenio incrementum 5. ſcrupulorum. Hinc minorem Frontis, Sign. 8. 10° ſubtraho ab argumento latitudinis 8 Sig. 14° 45', reſtat differentia Frontis 4°. 45'. His è Tabula F. competit pars proportionalis 2'. 27'', addenda, ita numerus primo correctus erit; gr. 1. 35'. 27''. Deinde ſequentis lineæ numerum cum excerpto confero, & invenio decrementum unum minutum, differentiam v. marginis gr. 8 fere, qvibus è Tabulâ F. reſpondent 0'. 48'' ſubtrahenda, ut per hanc ſecundam correctionem maneant, gr. 1. 34'. 39'' ipſa latitudo Jovis qvæſita; qvam titulus in Fronte auſtralem; calx deſcendentem monſtrat.*

In Marte inveniebatur locus ☌ Sign. 1 gr. 17. 20'. 8'', longitudo heliocentrica Sig. 5 gr. 0. 1'. 28''; commutatio verò Sig. 1 gr. 8. 12'. 54''. ſub ducto loco ☌ à longitudine heliocentrica, relinqvitur Argumentum Latitudinis, ſ. vera diſtantia loci heliocentrici à ☌ Sig. 3. gr. 12. 41'. 20''. *His igitur ingreſſu facto fol: 156 in Tabulam Martis Latitudinariam, diſtantiam hanc in fronte qvæſitam, non præciſè invenio, ſed eâ proximè minorem S. 3. 10° ſuperſcripta columnæ penultimæ; In margine qvoq; commutatione proxime minor invenitur S. 1. 0°, horum mutuus concurſus dat numerum arealem 1°. 10'. dupliciter corrigendum, tam Frontis qvàm Marginis reſpectu. Ratione Frontis numerum ſequentis columnæ gr. 1. 7'. comparo cum excerpto, & video decrementum 3 ſcrupulorum, ſubtractis q; Sig. 3. gr. 10, ab Argumento, reliqva ſunt gr. 2. 4', (omiſſis ſecundis) cum qvibus è*

Tabu-

Tabula F partem proportionalem venor 0'.48'', subtrahenda, ita primò correctus evadet 1°. 9'. 12''. Deinde seqventis lineæ numerum 1°. 12'. cum excerpto confero, videoq; incrementum 2', differentiam v. Marginis 8°. 13', qvæ in Tabula F. partem proportionalem decerpit 1'. 39'' addenda; ita secundò correctus erit numerus 1°. 10'. 51'' ipsa latitudo Martis qvæsita, cui Titulus è Fronte plagam dat Boream; calx descensum. Dico igitur; Martem habere latitudinem boream descend. 1°. 10'. 51''.

In Venere inveniebatur locus ♌ Sig. 2. 13°. 42'. 49'', & longitudo heliocentrica Sign. 3. 18°. 26'. 30'', subducto illo abhac, restat Argumentum Latitudinis Sig. 1. 4°. 43'. 41'' data qvoq; fuit commutatio Sig. 9. 10°. 12'. 3''. *Immissum hoc Argumentum fol: 182 in Tabulam Veneris Latitudinariam, non invenitur præcisè, sed proximè minor distantia à ♌, Sig. 1. 0°, qvartæ columnæ superscripta: In margine commutatio proximè minor; Sign. 9. 10°, & dat communis concursus numerum arealem 0°. 55'; Frontis & marginis ratione corrigendum. Ratione Frontis, confero seqventis columnæ 1°. 10' cum hoc excerpto, & invenio incrementum 15' scrupulorum: differentia autem Frontis est 4°. 44' ferè, qvæ in Tabula F. sumunt partem proportionalem 7' 6'', addenda, ita primò ratione Frontis correctus erit numerus, 1°. 2'. 6''. Hinc seqventis lineæ numerum gr. 0. 51', cum excerpto confero, & video decrementum 4' differentia v. marginis est gr. 0. 12'. qvæ per Tabulam F sumunt partem proportionalem 0', 5'', subtrahenda; ita secundò correctus erit numerus arealis, adeoq; ipsa latitudo Veneris gr. 1. 2'. 1''; cujus plaga è Frontis titulo, Borea, è calce, ascendens.*

In Mercurio emergebat locus ♌ Sig 1. gr. 13. 41'. 42'', & longitudo heliocentrica Sig. 2. gr. 28. 34' 22''; ille abhac subductus, reliqvum facit argumentum latitudinis, ea Sig. 2. gr. 28. 34' 22''; ille abhac subductus, reliqvum facit argumentum latitudinis, veram distantiam loci Mercurii heliocentrici, à ♌, Sign. 1. gr: 14. 52'. 40''; nec non commutatio Sig. 8. gr. 20. 19'. 55''. *Argumentum fol: 206, immissum in Tabulam Latitudinariam, qvæsitum in Fronte, non invenitur præcisè; sed Sig. 1. gr. 10, columnæ 5ta superscripta. In margine proxime minor Commutatio Sig. 8. gr. 20 reperitur, & dat communis concursus numerum arealem gr. 1. 28' dupliciter corrigendum, ratione Frontis, & marginis. Seqventis columnæ numerum 1°. 46', confero cum excerpto, videoq; incrementum 18' scrupulorum: differentia autem Frontis est gr. 4. 53' ferè, qvæ per Tabulam F sumit partem proportionalem 8'. 47'', addenda ad gr. 1. 28', ita fiet gr. 1. 36', 47''. Deinde seqventis lineæ numerum gr: 1. 23'. confero cum excerpto, & video decrementum 5. scrupulorum; & qvia differentia marginis est 0°. 20' ferè, illa sumit partem proportionalem 10'' subtrahenda; ita emergit secundò correctus numerus, adeoq; ipsa latitudo Mercurii qvæsita gr. 1 36'. 37'', è Titulo Frontis borea; è calce ascendens.*

In Luna tandem proveniebat locus ♌ æqvabilis (nulla enim nodi prosthaphæresi in his Tabulis opus habet computus latitudinis) Sig 10. gr: 22. 48'. 28''. Verus qvoq; locus in orbita Sign: 2, gr: 15. 31'. 5'', illo ex hoc subtracto, remanet Argumentum Latitudinis Sign: 3. gr. 22. 42'. 37''; Et subducto loco Solis (Sign. 6. gr: 8. 14'. 27'') à vero loco Lunæ in orbita, remanet commutatio menstrua, s. vera distantia Lunæ à Sole Sign. 8. gr. 7. 16'. 38''. *Immissum Argumentum Latitudinis in 4tam tabulam Lunæ Latitudinariam Tychonicam fol: 223, in inferiori ejus paginæ sectione præcisè non invenitur, sed proximè minor Sig. 3. 20°. antepenultimæ col. superscripta: In margine qvoq; distantia ☉ à ♌ De proximè minor Sig. 8. gr. 0, ut differentia Frontis sit gr. 2. 43'. ferè. Marginis gr. 7. 17'. fere; concursus communis lineæ & columnæ, jubet excerpere gr: 4. 52', numerum arealem, dupliciter corrigendum, cùm ratione differentiæ Frontis; tum marginis. Seqventis igitur columnæ numerus (gr. 4. 41') collatus cum excerpto, dat differentiam decrescentem 11'; de qvibus, per Tabulam E, (saltus n. Frontis fit per 5. gradus) differentia Frontis decerpit partem proportionalem 5'. 58'', subtrahenda ab excerpto, ut fiat primò correctus gr. 4. 46', 2'' De hinc seqventis lineæ numerum gr. 4. 55', cum excerpto comparo, & provenit differentia crescens 3', de qvibus differentia Marginis per Tabulam F. (Margo enim per 10 gradus saltat)*

sumit partem proportionalem 2'. 10'', addenda, ad primo correctum, ut evadat correctissimq, adeoq; ipsa latitudo Lunæ 4°. 48' 12'', cujus plaga è Frontis titulo borea est, è calce descendens. NOTA.

Receptum est Astronomis Lunæ locum in orbitâ computatum ad Eclipticam reducere, & viceversâ. Reductio fit ex sua Tabella fol: 229 descriptâ, med ante Argumento Latitudinis; cujus signa in fronte v. calce; gradus in margine, v. sinistro v. dextro qvæsita, concursu communi, dant scrupula prima & secunda, Longitudini Lunæ in orbitâ, juxta titulos Frontis v. calcis applicanda, & provenit locus Lunæ ad Eclipticam reductus. *In nostro exemplo Argumentum Latitudinis Sig. 3. 22'. 48'', in tabellam, dicto folio expressam, immittens, invenio Sig. 3, in calce tertiæ columnæ subscripta, Gradus igitur in margine dextro ascendente qværo; & dat concursus communis ad 22 gradus, 4'. 51'' sed pro adhærentibus 48' correcta, 4'. 59'', reductionem qvæsitam, qvam titulus calcis jubet addere, ad Longitudinem in Orbitâ; ita fiet locus Lunæ ad Eclipticam reductus. Sig. 2 gr. 15. 36'. 4''.* Atq; ita in nostro Exemplo, scilicet ad meridiem $\frac{1.\,8br.}{21.\,7br}$ anni CHRISTI futuri 1654 loca Planetarum fideliter ex his Tabulis in longum & latum computavimus. Cujus longitudinis signa numeraria ut in calculo emergunt, si in denominativa permutentur, (ut supra in principio monui) ita proveniunt, ut ea Synopsis adscripta Lectori oboculos ponit, qvem, ut eadem cum calculo Rudolphino conferat, & de certitudine hujus compendii, & convenientiâ cum Rudolphinis, candide judicet, moneo. Cur vero in Luna alia Keppleriana Latitudinis Tabula addita sit, rationem postmodum reddam.

	Longitudo gr. l. ″	*Latitudo* gr. l. ″
♄	4 52. 27 ♍	1. 28. 50 *bor. Asc.*
♃	15. 50. 41 ♓	1. 34. 39 *Aust. desc.*
♂	14. 8. 57 ♍	1. 10. 5 *bor. desc.*
☉	8. 14 27 ♎	
♀	6. 6. 19 ♍	1. 2. 1 *bor. Asc.*
☿	20. 28. 23 ♍	1. 36 37 *bor. Asc.*
☽	15. 36. 4 ♊	4. 48. 12 *bor. desc.*

Restat fol: 229 tabellula prostaphæreseos ♌ Lunæ explicanda; hac qvia in computo non indigemus, cum in ipsis numeris arealibus producendis ratio hujus sit habita, & ita provisum, ut distantia Lunæ à ♌ æqvabili solummodo reqviratur, nihil attinebit longis commentariis ejus usum proponere: si v. qvispiam ♌ æqvatum desideraverit, ille subtrahat locum ♌ æqvabilem a loco Solis, & qvæ restant Signa, v. in Fronte v. calce Tabulæ, gradus v. in alterutro Marginum qværat, & communis concursus dabit æqvationem ♌ qvæsitam, tituli verò Frontis v. calcis, jubebunt eam vel addere, ad locum nodi æqvabilem, vel ab eo subtrahere, et erit locus ♌ æqvatus; *Veluti in nostro exemplo, locus Nodi subtractus à loco Solis, relinqvit Sign. 7. gr. 15. 36' distantiam Solis à ♌ Lunæ. Immisså hac distantia in tabellam, inveniuntur Signa 7. in Fronte tabulæ, (ergo gradus in sinistro margine qværendus est) qvæsitis 1°. ibidem, dat communis concursus (correctione adhibita) 1°. 39'. 36'', cui è Fronte titulus additionis competit, addita igitur æqvatio ad locum ♌ æqvabilem, dat locum ♌ æqvatum, Sig. 10 29°. 28'. 4''* Observandum v. est, hanc ♌ æqvationem non esse eam, qvam Tycho libratione semidiametrali menstruo spatio bis recurrentem, pro salvanda variatione Latitudinis in octantibus Lunæ à Sole, adhibet; qva fit ut ♌, una Septimanâ directus; alterâ retrogradus sit: sed physicam illam à Kepplero inventam, annuo, non menstruo spacio, in totam diametrum libratilem; qvæ ♌ nunqvam directum: sed v. retrogradum, v. interdum stationario similem præstat.

Supereſt in 5 Planetis ♄.♃.♂.♀.☿. illa affectio, qvâ Directi, Stationarii, Retrogradi, è Tellure conspecti apparent, calculo determinanda. Arduum sane hactenus, & qvod jam veteres (id qvod ex Apollonio Pergæo Geometra, ejusq; adhortatione ad Geometras patet) anxios habuit, opus fuit, definire punctum commutationis; in primo qvidem ejus semicirculo; in qvo æqvationis adjectivæ decrementum diurnum; in altero semicirculo, in qvo æqvationis subtractoriæ incrementum diurnum æqve-

æqvetur diurno Planetæ heliocentrico; *in illo enim Terminus Stationis primæ; in hoc Stationis Secundæ, necessitate demonstrationis, tàm Geometricæ, qvàm Opticæ, figitur.* Nec ullus Artificum excepto Kepplero, (qvantum scio inventus est, qvi aliqvid solidi & demonstrativi in hoc negotio tentaret. Magnus hic Artifex, & cui ARS emendationis, & melioris rationis sui partem magnam; liberationem v. ab inutili illâ vanâ, & cæcâ fictitiorum circulorm farragine; translationem ad causas naturales & opticas, in solidum debet; primus fuit, qvi in Rudolphinis fol. 23 & 24, item fol: 71, 72, artificiosè & demonstrativè (per solutionem duorum sibi mutuo insertorum △orum obtusangulorum) opus aggrederetur: neq; fruſtra fuisset, si in ibidem adscripto schemate lineæ C. P. & ♈. ♎. manerent parallelæ; id est, si utraq; intervalla rectilinearia, Solis scilicet & Telluris; Solis qvoq;, & Planetæ, per 24 horas, manerent prorsus invariata, & ejusdem qvantitatis: Verum qvia subinde mutantur, modò increscendo, modò decrescendo, ejus rei culpâ fit, ut termini Stationum in Rudolphinis consignati, debitam præcisionem non assequantur. His per motus Maritus meus, cœpit de aliâ faciliori & feliciori viâ cogitare, qvam qvoq; faustissimo successu brevi assecutus est: invento certo, & Artificibus hactenus (qvantum sè vulgatis patet scriptis) incognito problemate; ad cujus tenorem, puncta stationum facilè inveniuntur; qvo modocunq; mutata fuerint intervalla Atq; ex his principiis stationum terminos computatos, cum Astrophilis communico, ad qvinos veræ distantiæ ab aphelio gradus subscriptos, transversimodè omnibus columnis Tertiæ Tabulæ cujusq; planetæ, qvorum usus est discretè ostendere, utrum aliqvis Planeta sit Directus, Stationarius, v. Retrogradus?

MODUS v. utendi hic est, ut, datâ alicujus Planetæ vera distantiâ ab Aphelio, & concessa commutatione; si qværatur, utrum directus, Stationarius, v. Retrogradus sit? cum verâ distantiâ ab aphelio, Termini, tam stationis primæ, qvam stationis secundæ, è calce Tabulæ (non neglecta correctione, si eà opus fuerit) è Tabula extrahantur: deinde commutatio, si semicirculum, s. 6. Signa nondum excedat, cum numeris Terminis stationis primæ conferatur; si enim illa his minor fuerit; Planeta est DIRECTUS. Si æqvalis; Planeta est in STATIONE PRIMA: si deniq; illa major his inventa fuerit, Planeta superatâ Statione prima, est RETROGRADUS. Si commutatio semicirculum s. 6. Signa superaverit, conferenda est cum terminis Stationis secundæ: & si commutatio minor fuerit, numeris termini Stationis secundæ; Planeta adhuc est RETROGRADUS, si æqvalis; Planeta est in STATIONE SECUNDA: si major, Planeta est DIRECTUS.

Exercebimus hoc præceptum per nostrum superius Exemplum, incipientes à Saturno. In eo dabatur vera distantia ab aphelio, Sig. 8. 4°. 23'. 9'', & commutatio Sig. 1 6°. 46' fere. *Ergo fol. 98 & 99, cum distantia ab aphelio extraho Termin: Stationis primæ Sig. 3. 24°. 1' ferè; Stationis Secundæ Sig. 8. 4°. 55'. Et qvia data commutatio 6. S. non excedit; comparo eam cum Terminis Stationis primæ, qvibus minor invenitur; dico ergo Saturnum esse directum.*

2. *In Jove* erat vera distantia ab aphelio *Sig. 5. 12°. 40'*, &c: Et commutatio *Sig 6. 18°. 0'* ferè. *cum distantia ab aphelio fol: 120, extraho terminos Stationis primæ Sig. 4. 7°. 21', (sub columna enim, qvæ characterem habet Sig. 5. 10°. distantiæ ab aphelio, in calce Tabulæ invenitur S. 4. 7°. 25', in seqvente S. 4. 7°. 19', ut differentia sit 6', & datæ distantiæ S. 4 7°. 21' ferè respondeant) & ½ fol. 121. cum eadem distantiâ, Terminos stationis secundæ, S. 7. 21° 46' ½. Hic, qvia commutatio 6 Signa superat, confero eam cum Terminis Stationis secundæ, qvibus commutatio invenitur minor. Ergo Jupiter est adhuc Retrogradus.*

3. Mars habuit veram distantiam ab aphelio Sign. 0°. 2' ferè, & commutatio Sign. 1 8°. 13'. ferè, *Distantia Martis ap aphelio, dat fol: 140 è prima columna, subscriptos terminos stationis primæ Sig 5 7°. 10' & fol: 141 sub prima columna, Terminos Stationis secundæ, S. 6. 22°. 37'. At qvia commutatio semicirculum s. 6. Signa nondum assequitur; conferenda est, cum Terminis Stationis primæ, qvibus invenitur minor. Dico ergo Martem esse directum*

4. In

4. In ♀re inveniebatur vera distantia ab aphelio *5. sig. 16°. 2'*, Commutatio v. *9. sig. 10°. 12'. Cum distantia ab aphelio, in fronte Tabulæ tertiæ ♀ris fol. 172 qvæsitâ, extraho è calce tabulæ Terminos Stationis primæ 5 Sig. 17°. 2' ferè, & fol. 173 Terminos Stationis secundæ, 6 Sig. 12°. 1'. Et qvia commutatio superat semicirculum s. 6. sign. comparanda est cum terminis stationis secundæ; qvibus cum major inveniatur, pronunciat præceptum Venerem directam.*

5. In Mercurio dabatur vera ab aphelio distantia *6. sig. 14°. 12'* ferè, & commutatio *8. sig. 20°. 20'*, *cum vera distantia ab aphelio, extraho fol. 198, Terminos Stationis primæ (correctis corrigendis) 4. Sig. 15°. 10'; & fol. 199. Terminos Stationis secundæ 7. Sig. 14° 47'; & qvia commutatio semicirculo major est; comparanda est cum Terminis Stationis secundæ, qvibus cum major inveniatur, arguitur (tenore præcepti) ☿ directus. Hæc simplex & facilis est ratio tractandi hujus ardui negotii: in qvo qvid hic præstitum sit, malo æqvo & sano Artificum judicio agnosci, qvàm præconio, & commendatione prodere.*

Anteqvam hoc caput finiam, non erit absre, qvædam de illa subtilioribus ingeniis jucunda materia, (scilicet) *DE PHASI PLANETARIORUM CORPORUM* demonstrativa monere. Cum enim Astronomi sit, eorum, qvæ circa motum planetarum apparent, è principiis suæ artis rationem reddere; cumq; in nonnullis planetis magna (pro diversa situs ad Solem habitudine) phasium varietas, Tubi optici beneficio, deprehendatur: nemo temeritatis, aut frivolè suscepti me laboris arguet; si ex his Tabulis phases deduxero, & computare docuero: ut non solum in Luna, sed in omnibus planetis, etiam ipsæ phases prius sint in mente & cognitione hominum, qvàm in mundo. Est autem phasis, ipsa externa planetæ figura, oculis vel nudis; ut Solis, & Lunæ: vel tubo adjutis, ut in reliqvis omnibus, repræsentata; in formâ circularis disci lucidi, vel integri; vel variorum ejus segmentorum apparens. Verùm, ut in omni assertione qvædam supponuntur, ut immota principia, è qvibus (bonâ conseqventiâ) demonstrativè infertur asserendum: ita hic etiq; hæc pauca suppono principia Opticophysica.

1. Omnium Planetarum corpora sunt globosa, luceq; vel insitâ: v. mutuaticiâ lucent.

2. Luce insitâ solus ☉ lucet; reliqvi omnes lucem à Sole accipiunt, illamq; reflectunt.

3. Corporis globosi, opaci, Soli expositi, solum hemisphærium, directè Soli obversum illuminatur, reliqvum manet opacum; terminusq;, qvo illuminatio cessat, circulariter circumiens, vocatur *CIRCULUS ILLUMINATIONIS.*

4. Corporis globosi, visui expositi, solum hæmisphærium oculo directe oppositum videtur, reliqvum latet, & Terminus visionem circumcirca finiens, vocatur *CIRCULUS VISIONIS.*

5. Corporum globosorum, propriâ luce lucentium, visui libero, nec ullo opacorum interjectu prohibito, expositorum phasis, oculis perpetuò apparet in formâ disci perfectè circularis: eorum vero, qvæ luce è Sole mutuata lucent, phasis tùm demum perfectè circularis apparet, qvando linea visionis, cum radio Solis, in centro corporum prorsus coincidit eodemq; nutu cum eo fertur. Extra hoc verò, tanta in diametro transversâ defectio est à perfecto circulo; qvantus est arcus, qvem angulus ad centrum corporis planetæ, à radio Solis & lineâ visiva Terricolarum formatus, (cui semper æqvalis est angulus, qvo planum circuli illuminationis, à plano circuli visivi luxatur,) mensurat, in planum projectus. *Qvi qvantò major v. minor est; tantò major, vel minor est etiam defectus phasis à perfecto circulo; qvantoq; majus variatur angulus ad planetam; tantò magis qvoq; defectus ille variatur.* Inde seqvitur phases superiorum præsertim ♄i & ♃vis, ut, qvorum angulus parvus, parumq; variabilis; parum qvoq; à circulari perfectione abludere; ♂tis v. etiam perihelii, & in maxima æqvatione, (scilicet in □ cum Sole constituti) defectum, tam diametri partem nondum assequi: sed Inferiorum, (qvorum angulus à 0 gr. ad 180 gr. variatur,) omnes phases (perinde ut in Lunâ) obtingere; ut modò pleni, modò gibbi, modò bisecti, modò corniculati, appareant; modò dispareant; idq; continuâ variatione.

His præsuppositis, in superioribus phasin hâc ratione facilè venabere: cognitam æqvationem è Tertia Tabulâ excerptam, inimitte in Primæ Partis Primam

Eadem prorsus est ratio, computandiq; modus phasium ☿ij, qvæ non minus; qvam ☽ phases, subinde mutantur; qvamvis non ita crebro ut ☽ræ, sunt observabiles: sufficiet unum exemplum addidisse; *Detur commutatio ☿ij 7. sign. 26°. 35'; detur quoq; æquatio 20° ☌, quærantur phasis. Hic quia commutatio superat semicirculum, sive 6. signa, jubet præceptum æquationem commutationi addere: fit summa 8. sign. 16°. 35', hanc ab integro circulo sive 12. sign. subtrahere, & reliquus est angulus ad Planetam 3 sign. 13°. 25', vel signis in gradus solutis 103°. 25'; excedentes quadrantem sive 90°, gradibus ♐ m 25: Ergo pro 90 gradibus scribo, sinum scrupularem totum 60'. 0''. Cum 13°. 25' vero, extraho sinum rectum scrupularem, 13' 55'', addenda ad Sinum totum; fiunt 73'. 55''; quorum dimidium 36'. 57½'', projicit defectum à perfecto circulo in discum; ejus complementum 23'. 2½'' est Pars Lucida minor obscurâ; ergo sinuata, & incurvata.* Atq; hæc sunt, qvæ Curioso Lectori de phasi Planetarum demonstrativâ, nec non de modo calculandi eam, qvàmvis hanc materiam nullus Antecessorũ, hactenus proposuerit; multominus exposuerit, indicare volui; eâq; tractatione, prolixum hoc caput, in qvo plurima qvæ communiter vel omnibus, vel plerisq Planetis circa motum accidunt, simpliciter, & fideliter ostendi, finire. De phasi Lunæ, calculo accuratè determinandâ, agam infra in ☽.

CAPUT XII.

DE SOLE IN SPECIE, ET MOTU FIXARUM.

QVam prærogativam ☉, non modo præ reliqvis Planetis, sed planè præ omnibus visibilibus habeat, nihil attinet hic multis eam verbis persequi; cum sacrarum literarũ testimonio, nec non antiqvitatis suffragio, & populari experientia, ea jam constet satis decantata. Ego nonnullis, qvæ ad Astronomiam pertinent (qvantum suscepti negotii ratio patitur) breviter defungar. Ut enim taceam, qvæ ab aliis demonstrantur. Solem nimirum in centro mundi mobilis residentem, motu Turbinativo in se motum, crassis fibris, magneticis non absimilibus, dispositos circa se Planetas, propinqvos celeriter, remotos tardè; circumrapere, & in gyrum rotare; hæc pauca tantum pronuntio.

I. Sol cœli Rector est Temporis & motus index, & custos, cujus calculo recte se habente, spes est, circa Tempus & motum reliqva se ritè habitura.

II. Sol apparente gyratione illa, sub cœlo stellato, ab æqvinoctio qvidem ad æqvinoctium revolutus, metas annò Tropico præfinit mediocres; dies 365. h. 5. 48'. 57''. 35''' 47'v &c: a certa verò fixâ, ad eandem revertens, efficit mediam anni syderei qvantitatem dies 365. h. 6. 9. 39''. 27'''. 4'v. 52v. 40vi, ita ut pulcherrimo casu, qvantitas anni vetustissimis Astronomis usitata: sed postmodum à *JULIO CÆSARE* in usum reassumpta, & edicto publico promulgata, dierũ 365. h. 6, mediet inter qvantitatem anni Tropici, & syderei. Hæc prima est Temporis species, e Sole proveniens. Secunda, sive menstrua, certo respectu a Sole dependet; dum ☽ lunationibus, & Terminum seu initium; & ipsi Lunæ phases, lunationis indices, præstat. In Tertia temporis specie, scilicet diurna, non datur vel minimum Temporis momentum, qvod sine Solis ad meridianum collatione, vel mente, concipi posset.

III. Ad motum secundum seu planetis proprium, ita necessaria est motus Solis cognitio, ut sine illa (qvod è capite præcedente patet) nullius planetæ locus geocentricus computari posset: neq; invenirent in *UNIVERSO* Planetæ viam, qvam ultrò citrò; orbitæ eorum ita parent: nisi ☉, Eclipticam, motu suo annuo, apparenter delinearet. Hæc postmodum in Ecliptica infamosa illa sua Signa denominativa divisa, etiam in ipsâ Sphærâ octavâ (ut vocant) concipitur, (& sic Mundus nobilis, immobili annectitur) in eâq; non modo longitudo sed etiam latitudo, tàm planetarum, qvàm fixarum expenditur. Intersectio vero quâ Ecliptica Æqvatori, versus boream tendens, annectitur, seu ipse nodus, Æqvinoctium Vernum vocatur; cujus retroreptio, facit fixas apparenter motu tardo moveri, de quarum motu, ad quodvis propositum seculum, compendiosè computando, paulo post agam.

IV. De

IV. De præcessione æqvinoctiorum inter Astronomos digladiatum est, inde à tempore *COPERNICI*; utrum æqvinoctia motu æqvali retrocedant, an vero inæqvali; atq; hinc Tropici qvantitas anni apparens tot variationes subeat, nec ne? an fixarum motus annuus tam varius, sibiq; semper inæqvalis statuendus? qvod vult Copernicus, Prutenicæ, & Lansbergius. Qvi æqvalem prorsus præcessionem statuerunt; qvales sunt omnes ante Copernicum Astronomi, & nostro Tempore Tychoniani, antiqvissima, intermedia, & hodierna, in motu Solis observata, satis propinq; attingunt, unico *PTOLEMÆO* excepto; qvi magnam nimis anni qvantitatem, scilicet ab *HIPPARCHO* verisimiliter, & nimis conjecturaliter assumtam, (nimirum 365. d. 5, hor. 55'. 12'' usurpat, errans à vera qvantitate, singulis annis 6'. 1¼'' fere & sic inter se, & Hipparchum plusqvam integra die, (cui Tempori de motu Solis plusqvam integer gradus competit) qvo Ptolemæi calculus deficit à calculo, è vera anni qvantitate proveniente. Scribit autem, ita æqvinoctia suo Tempore fuisse observata, calculo suo consona. Cui cum fidem haberet Copernicus; finxit æqvinoctiorum qvandam titubationem utrinqve libratilem plus ⅓' gr. & sic ultra ⅕ gr. variabilem; ex ea tot scrupula ab æqvinoctio medio Tempore Ptolemæi, subtrahit Tempore Hipparchi addit; qvot ad salvandam utriusq; traditionem sufficere videbantur; atq; de hâc inventione, qvâ Tabulæ non Temporariæ, sed perpetuæ efficerentur, magna est apud Rheticum in Narratione, in Prutenicis qvoq;; ut & hodie in Lansbergianis, gloriatio. Verùm dum Copernicus, & Prutenicæ, de perpetuâ veritate Tabularum gloriantur, evenit illis, ut hæc æqvinoctiorum titubatio (qva Ptolemæo opitulatum iverunt,) sibi ipsis in proprii laboris cederet perniciem; dum hoc Tempore eorum Tabulæ in motu Solis plusqvam 52' à cœlo: in Tempore plus qvam 2 horas aberrant. Lansbergius, animadvertens ejusdem titubationis (qvamvis parum aliter instructæ,) falsitatem hoc Seculo facile proditum iri, nisi medelâ ritè adhibitâ, (ita ut anno *CHRISTI* 1646 Solis & omnium Syderum motus, calculum Tabularum minutis 12½ superaturi sint) aliud effugium qvæsivit, fingendo qvandam pensationem, idq; propter minimæ Eccentricitatis Solis à maximâ defectum; de qvo alius erit dicendi locus. Summa est: sicut ij, qui simplicem, & æqvalem præcessionem statuunt, (dissimulatâ solius Ptolemæi Traditione) reliqvis circa Theoriam Solis rectè se habentibus omnium seculorum observata, demonstrative, satis propinq;, (& qvantum crassior observandi modus antiqvis usitatus, permittit) attingunt: ita titubationis Autores Ptolemæi traditioni medelam afferunt, antiqvorum observata non attingunt, & ab observatis nostri seculi, ubiq; falsitatis arguuntur. *Qvæ causa fuit, qvod etiam hæ Tabulæ ad simplicem æqvinoctiorum præcessionem extruerentur.* Qvarum fidem ut probem, 4. Exempla adducam antiqva, in quibus, hæ Tabulæ observata satis propinq; assequuntur. *Primum exemplum.* Calippus Athenienſis, incipiente Anno 3. Olympiadis CXII, Anno ante *CHRISTUM* 330; animadvertens, in ipso die Solstitiali, medium motum Lunæ cum vero Solis incidere, correxit annum *GRÆCORUM*, per suas periodos (76 annorum Solariũ) atq; ann: Lunarem *GRÆCUM* hac ratione, ad Solarem arctius alligavit; idq; factum est, 28. Junii, stylo Juliano retrò extenso. Qvicunq; igitur calculus ad datum diem Solstitium computat, præsumitur verus; non erroneus. *Cum 4 in Tabula Epocharum fol: 71, annus Seculi nostri, cum dicto anno Symbolizatus, detur 1671; nec non intervallum seculare 2000. Ergo fol. 75, ad anuum CHRISTI 1671, excerpo Tempus ab apogeo, 196 dies 20 hor. 38'. 3'', locum apogæi 3 sign. 6°. 56' 2'' postea fol. 76 cum 2000 annis*

Typus operationis.

Tempus ab apog.					Locus apogæi				
Anno CHRIST.	dies	hor.	′	″	Sign.	gr.	′	″
1671.	196,	20.	38.	3	3.	6°.	56.	2
I. sec: 2000, Red:	19.	9.	41.	6 add:	Red.	1.	4.	14	15 subt.
ante CHR. 330	216.	6.	19.	9		2.	2.	41.	47
Jun: simpl:	151.	0.	0.	0		0.	0.	0.	25
compl: d. 27	27.	0.	0.	0					4
majus Restit:	394.	6.	19.	9		2.	2.	42.	36
Restit°. subt.	365.	6.	13.	58		seq.			
T. ab apog.	29.	0.	5.	11					

Reductionem Secularem, Tempus qvidem ab apogæo 19. dies 9. hor. 41'. 6", cum titulo è Fronte Adde; motum vero apogæi 1 sig. 4°. 14'. 15", cum titulo è Fronte Subtr. addita ergo ibi reductione; hic subtracta; fit Tempus ab apogæo 216 dies 6 hor. 19'. 9"; & locus apogæi 2 sign. 2°. 41'. 47". scilicet, ad meridiem primi Januarii styli Juliani, retro extensi, anni ante CHRISTUM 330 gesimi reducta. Deinde cum mense Junio, excerpo 151 dies ab apogæo, motum vero apogæi 25"; diebus subscribo dies Junii completos 27, & pro iis sub loco apogæi 4". Tandem omnes species Astronomicè addo. Fit Tempus ab apogæo 394 dies 6 hor. 19'. 9". locus apogæi 2 sign. 2°. 42'. 16", Et qvia Tempus ab apogæo integram Solis ad apogæum Restitutionem superat; jubet præceptum Restitutionem à Tempore subtrahere, & remanet verum Tempus ab apogæo 29 dies 0. hor. 5'. 1.11; cum hoc ingredior Tabulam Solis secundam fol: 77, & extraho (Correct: corrig:) veram distantiam ab apogæo 27°. 37'. 7", qvæ addita ad locum apogæi, præstant verum locum Solis 3 sign. 0 gr. 19'. 23", id est, 0 gr. 19'. 23". ♋, in meridie & meridiano Tabularum: Arguit igitur calculus eò die Solstitium circa qvartam matutinam, conveniens cum Calippicâ observatione. Qvi vero titubationem æqvinoctii adhibent, aberrant à Calippo integra fere die, qvia ad hoc Tempus 1° 0' 23" (æqvationem æqvinoctii) addunt; qvod certè non meretur tantâ gloriatione jactari.

II. Exemplum Anno ante CHRISTUM natum 285, Junii d. 27 styli Juliani (retrò extensi) DIONYSIUS Mathematicus insignis, cui motus Luminarium probe perspecti erant, fixit Epocham *ANNORUM PTOLOMÆI PHILADELPHI, sive ANNI COELESTIS FIXI*; in qvò pulchro invento, signis cœlestibus, menses alligavit, sumpto anni *PRINCIPIO (MORE GRÆCORUM)* à Solstitio, sive ingressu Solis in ♋. Primum igitur diem mensis cancrini, in dictum 27 Junii collocavit.

Typus operationis

Anno CHRISTI currente	Tempus ab apog. dies hor.	l.	ll.	Locus apogæi Sign.	gr.	l.	ll.
B 1616	197.	3.	26. 25	3.	5.	59.	32
Reduct: 1900	18.	10	24 3 add:	Red.	1.	2.	31. 32 subt.
Ante CHR 285	215.	13.	50. 28	2.	3	28.	0
Jun. bisext.	152.	0.	0. 0	0	0.	0.	0. 25
compl d. 26	26.	0.	0. 0				4
majus Restit.	393.	13	50. 28	2.	3.	28.	29
e. subtr. Restit:	365.	6	13. 58	*seq. vera distantia*			
T. ab ap: cor.	28.	7.	36. 30	0.	26.	39.	38
T. inventum	28.	0.	0. 0	p. proport.	18.	8	
				d. cor.	0.	26.	57. 46

resid.	7.	36.	30	
horar.	2.	23		
o.	l.	ll.	lll.	lv
			11.	30
			13.	48
	2.	41		
		1.	0	
	1.	12		
	14			
	18.	7.	59.	30

Experiemur fidem & certitudinem harum Tabularum, inqvirentes ad meridiem propositi diei locum Solis. Et qvia suprà in Epocharum Tabulâ, annus Seculi nostri cum hoc anno Seculariter Symbolizatus, adscripto est, nempe, 1616 bissextilis; nec non intervallum seculare 1900 ann: Ergo fol. 74, ad meridiem primi Januarii An. CHRI. 1616 (bissextilis,) excerpo Tempus ab apogæo 197 dies, 3 hor. 26'. 25", locum qvoq; apogæi, 3 sign 5° 59'. 32". Cum 1900 annis, pag. 76, reductionem secularem excerpo; qvam, juxta titulos in Fronte positos, applico, & acqviro ad meridiem primi Januarii Styli Juliani (retro extensi) anni ante CHRISTUM natum 285, Tempus ab apogæo 215 dies, 13 hor. 50'. 28", locum apogæi 2 sign. 3° 28'. 0". Cum Junio bissextili è Tabula mensium, extraho Tempus ab apogæo 152 dies & motum apogæ. 25', hæc suis homologis speciebus subscribo.

Tandem

Tandem etiam dies Junii 26 completos, qvibus 4" pro motu apogæi competunt, addo; producitur Tempus ab apogæo 393 dies 13 hor. 50'. 28", majus Restitutione; ergo Restitutio subtrahitur, remanent 28 dies 7 hor. 36'. 30". Ad locum apogæi etiam adduntur particulæ excerptæ, & fit locus apogæi correctus 2 sign. 3 hor. 28'. 29". Tempus ab aphelio in secundæ Tabulæ margine qværo, fol. 77, & invenio proximè minus 28 dies (restant 7 h. 36'. 30",) qvibus respondet vera distantia 0. sig. 26°. 39'. 38" & horarius antecedens 2'. 23" qvi in 7. hor. 36'. 30", multiplicatus, producit (rejectis tertiis & 4 tis) 18'. 8" addenda ad distantiam jam excerptam, ut eà correcta evadat, 0 sign. 26°. 57'. 46". Hæc addita loco apogæi, dat verum locum Solis ad Tempus propositum 3 sign. 0 gr. 26'. 15". Fuit igitur ea die Solstitium; ingressus est Sol Signum ♋, manè, paulò post primam à media nocte in meridiano Tabularum; qvod certitudinem Tabularum commendat. Lansbergius hic propter vitiosam illam æqvinoctiorum titubationem, anticipat integrum fere diem, rejiciens solstitium in diem antecedentem, ab Antiqvo igitur hoc observato insigniter aberrat.

III. Exemplum Anno 32. Tertiæ periodi Calippicæ die 27 Mechir, manè hora 5tâ, Hipparchus Alexandriæ observavit, armillam, scilicet æqvatoream, in concava superficie utrinq æqvaliter esse illuminatam; ex qvò conclusit centrum Solis visibiliter constitui in ipso æqvatore, ac proinde esse æqvinoctium. Etsi v. hoc observatum, & ratione instrumenti, & observandi modo, ut omnes Artifices sensati fatebuntur, erassum sit, atq; ex illo nulla præcisio speranda, experiar tamen calculum harum Tabularum (æqvali æqvinoctiorum præcessione innixarum) an multum v. parum ab hoc observato discrepent. Hic verò statim primum dubium se offert, in hora 5, qvæ non potest intelligi à media nocte numerata; qvandoqvidem, die æqvinoctiali, hora sexta Sol primùm oriatur, ac proinde hora qvintâ ad huc subterra lateat; nec ulla ratione armillam Hipparchi illuminare potuerit. Duplex ergo se offert conditio: vel ut horam 5tam numeremus ab ortu Solis, qvod nonnulli tenent; vel retrò à meridie, id qvod vocula manè innuere videtur, ut sit hora 7ma matutina; atq; hoc tempus supponens, inqviram verum tempus æqvinoctii è circumstantiis hujus observationis qvam etiam suppono, ut certam, demonstrativè proveniens. Neminem Astronomorum tam rudem, & Artis imperitum futurum puto, qvi primum hoc mihi principium negaverit: Umbram, Hipparcho in armillis apparentem, etiam à Sole, apparenter situato, cecidisse; neq; alterum, situm nimirum centri Solis, ut aliter appareat, qvam revera sit; duobus evariari, parallaxi puta, & refractione. Hisce principiis innixæ, inqvirendum mihi esset, qvantum in hoc situ, centrum Solis visibile (istis duobus) evariatum sit, à situ vero; nisi jam supra capite VII hoc factum fuisset. Ibi enim ad hoc temporis momentum, subtiliter ipsam refractionem, minutam parallaxi, in longum & latum, jam discrevi; & inveni refractionem latitudinis 7'. 5": longitudinis vero 4'. 54". Centrum igitur Solis visibile, & armillæ umbram visibiliter causans; per refractionem, apparenter ab Ecliptica emotum, visum est habere latitudinem 7'. 5"; cui ferè 7 scrupula declinationis competunt, qvibus altiùs justò versus septentrionem apparenter elevabatur. Qvod igitur Hipparcho in armilla Solis centrum apparebat in æquatore; distabat revera abeo, 7' fere versus meridiem. Cum vero circa æqvinoctia 24' declinationis, 1° faciant longitudinis; 7 scrupula declinationis facient 17½ scrupula longitudinis, qvibus centrum Solis adhuc abesset ab æqvinoctio: Sed scrupula refractionis longitudinis, in ortu, adjectiva 4'. 54" iterum promovent, ut refractio sit 12'. 36"; cumqve diurnus sit 58'. 19", restant Soli adhuc hor. 5, fere; ut æqvinoctium factum sit *ALEXANDRIÆ* ⅕ horæ post meridiem: in meridiano verò Tabularum aliqvot scrupulis horæ ante undecimam. Hæc & non alia invicta demonstratione, ex his circumstantiis, ultrò proveniunt: jam videndum, qvomodo calculus his consentiat. *Inqvirendus igitur est annus, mensis, & dies, ante CHRISTUM natum, qvò observatio facta est;*

cta est. Epocha periodorum Calippicarum, anno ante CHRISTUM 330 in die Solstitialis incipit. Una periodus continet 76 annos; ergo duæ periodi habebunt 152, qui-tus 31 completi de Tertiâ periodo currente additi faciunt 183 annos completos; quibus ab annis Epochæ subtractis, remanet annus ante CHRISTUM 147, in quo circa Solstitium, dictus annus 32, Tertiæ periodi incepit; & quia mensis est unus ex ultimâ meditate anni; pertinet ad annum sequentem, numeratione directâ; retrograda v. ad antecedentem: fuit igitur annus ante CHRISTUM natum 146tus. Primus porrò dies mensis mechir, incidit in 26 Februar: erit ergo 27 mechir, 24. Martii Juliani retrò extensi; circa cujus meridiem hoc æquinoctium Alexandriæ obtigisset. Jam ut annum seculi nostri, cum hoc anno seculariter Symbolizatum; nec non intervallum seculorum, acquiram; annum propositum unitate minutum, scilicet 145 subtraho à centenario proximè ajore, 200 & quæ restant 55, addo ad 1600, proditur annus seculi nostri cum dato Symbolizatus 1655: deinde, 200 addo ad 1600, & produco 1800 intervallum Seculare. Ad annum igitur 1655, excerpo Tempus ab apogæo, & locum apogæi, ut in adjecto Typo appareat: per 1800 verò Reductionem secularem; & omnibus ritè peractis, provenit ad meridiem 24 Martii, dicti anni, verus locus Solis Sig. 11, 29°. 57'. 11'' solis 2'. 49''. deficiens ab æquinoctio. Satis igitur propinq; antiquum & crassum observatum attingens. Posito enim ad 6. v. 7 scrupula longitudinis fore defectum, quæ sunt in declinatione 2. v. 2½ scrupula; quis certam me reddet, Elevationem Alexandrinam esse accuratam, armillasq; accuratissime & scrupulosissimè mennon ad ipsum minutum primum situatas fuisse? de quo ipse Ptolomæus libr: 3, cap. 2, dubitare videtur. Sufficit ergo hæc propinqvitas.

Typus operationis.

	Tempus ab apog: dies hor.		Locus apogæi Sig. gr.	
		I. II.		I. II.
Anno CHRISTI	1655,	197. 0. 21. 34		3. 6. 39. 36
Int. sec. 1800 Red.		17. 11 7. 02 add.	Redu.	0. 48. 49 subt.
ante CHR:	146. 21.	11 28 34		2. 5. 50. 47
simpl. Mart.		59. 0. 0. 0		10
Compl. dies		23. 0. 0. 0		4
ergo T. v.	296.	11. 28. 34		2. 5. 51. 1
T. in Tab. inv:	296.	0. 0. 0	dist. v	9. 23. 38. 14
			pars prop.	27. 56
				9. 24. 6. 10
resid.	11.	28 34	ve-	11. 29. 57. 11 rus
horarius.		2. 26	locus Solis scilicet	
			gr.	29. 57'. 11''.

0.	I.	II.	III.	IIII
			14.	44
		12.	8	
	4.	46.		
		1.	8	
	0.	56		
0.	22			
0	27 .	55.	30.	44

Qvartum Exemplum.

Anno post CHRISTUM natum 832, die 19. Mensis Elul, t. septembris, manè 4½ hor: ante ortum Solis; ist est, à meridie præcedentis diei hor. 13. 24'. ALBATEGNIUS ARACTÆ observavit æqvinoctium autumnale incidisse; illud, qvia Aracta à meridiano Tabularum versus ortum hor. 2. 13' removetur, fuit in meridiano Tabularum hor. 11. 11', à meridie. *Experiar fidem Tabularum, utrum longè ab hac observatione recedant? Et, qvia offertur annus post CHRISTUM, facilè invenitur annus Seculi nostri, cum dato anno Symbolizatus, scilicet annus CHRIST: 1682, & intervallum Seculare 800: Ergo cum anno CHRISTI 1682 excerpo fol: 75. Tempus ab apogæo dies 197. hor. 0. 4'. 22'', locum apogæi Sign. 3. gr. 7. 7'. 19'': cum intervallo verò Seculari 800, extraho fol. 76. reductionem Secularem cum suo Titulo, eamq; & Tempori ab apogæo, & loco Apogæi applico; ita reducitur tempus ab apogæo, & locus apogæi, ad meridiem primi Januarii JULIANI dicti anni 1682. His subordino, qvos cum mense Septembri excerpo dies, & motum apogæi; tandem diem mensis completum, horam & scrupula completa, & addendo in summas redigo: Siqvidem summa excedit integram restitutionem; subtraho hanc ab illâ, provenit verum tempus*

pus ab apogæo dies 99. hor. 23. 17'. 51''. Cum hoc è secundâ Tabulâ veram distantiam ab apogæo extraho, & (correct corrig.) omnia in summam colligo (Sig. 3. 6° 28'. 55'', atq; eam loco apogæi addo; ita provenit verus locus Solis Sig. 3. 29°. 55'. 16'' defitiens ab æquinoctio autumnali Solis 4'. 44''. Satis ergo propinq; (si vel maximè Albategnianæ observationis instrumentis fidendum sit; & modo nullum vitium inhæsisse, minimamq; refractionem tunc fuisse, supponatur) calculus antiqva observata attingit; innixus simplici & æqvali æqvinoctiorum præcessioni. Qvi v. Artifex sensatus est; ex Antiqvorum apparatu Instrumentario, & observandi modo, facile perspiciet, qvanta speranda sit observatorum accuratio: alioqvin non grave fuisset, beneficio sinuum scrupularium, aliqvod figmentum titubativum, ad exemplar destinati effectus computari; æqvinoctiorumq; præcessioni accommodari; ut uni v. alteri, peculiariter ad hoc negotium electæ veterum traditioni satisfieret: nisi aliæ eorundem observationes, ad destinatum effectum non electæ, nostriq. Temporis accurationes; reclamarent. Contentus ergo erit Lector simplici hâc ratione computandi, cum videat (ab omni ævo Astronomico exacto) observationum certiorum, cum eâ consensum. Probari etiam hic potest fides Lansbergii, qvi ausus est fol: 33. scribere, DANICAS cum *RUDOLPHINIS* (qvasi RUDOLPHINÆ & DANICÆ Tabulæ essent jeæ em) ab æqvinoctio hoc deficere 14½ hor; qvæ, ut hic cognoscitur, grandis adversus Rudolphinas injuria est Ipse, qvidem qvamvis per titubationem æqvinoctii ibi assequitur traditionem Albategnii, de hora æquinoctii: sed aberrat ab ejusdem loco Apogæi, (qvem idem Albategnius scribit se observasse) 6 gradibus: & maximam eccentriciratem, etiam ab Albategnio observatam, superat 9½'. Adeò si hæc principia Albategniana, ut vera, valere debent; superat Lansbergius æqvinoctium hoc 8'. 11'', qvæ faciunt in tempore plus qvam tres horas. Sed si ponamus Albategnium in constitutione Apogæi, & eccentricitatis errasse; qvis Lansbergium certum reddet, qvot etiam in tempore æqvinoctii non erraverit? ac proinde si Lansbergio vel maximè concedatur illa æqvinoctiorum titubatio, & curruptio Loci apogæi, & eccentricitatis Albategnianæ; non propterea statim cœlum: sed tantùm traditionem Albategnii assecutus est. Et tantum de Solis motu. Consequens est, ut etiam aliqvid de Fixarum motu moneam.*

Typus operationis

Anno CHRISTI	Tempus ab apog. dies hor. I. II.	Locus apogæi Sign. gr. I. I.
	1682. 197. 0. 4. 22	3. 7. 7. 19
Int. sec: 800. Red.	7 18. 16 27 add:	Red 0. 13. 41. 42 subt.
	882. 204. 18. 20. 49	2. 23. 25. 37
simpl. 7ber.	243. 0. 0. 0	14
d. 17. h. 11. 11'.	17. 11. 11. 0	3
majus Restit.	464. 29 31. 49	2. 23. 26. 21
Restit. subtr.	365. 6. 13. 58	
ver. T. ab ap:	99. 23. 17. 51	dist. 3. 5. 31. 27
T. inventum	99. 0. 0. 0	p. proport. 57. 28
resid.	23. 17. 57	d. cor. 3. 6. 28. 55
horar.	2. 28	ve- 5. 29. 55. 16. rus locus Solis in signis denominativis gr. 29. 55'. 16''. ny:

0.	I.	II.	III.	IV
			23.	48
		7.	56	
	10.	44		
		1.	42	
	0	34		
0.	46			
	17.	28.	1.	48

Non sine ratione factum est, ut motus Fixarum Tabulis Solis adjungeretur. Fixæ enim in universo per se immobiles) ad æqvinoctium vernum sub cœlo stellato, motu tardo & retragrado retrocedens, comparatæ, per apparentiam motu directo moveri videntur: Ut ita motus Fixarum directus nihil aliud sit, qvam motus æqvinoctii retrogradus. Cum v. æqvinoctium sive illa Ecliptica & æqvatoris intersectio, in Theoria Solis eandem rationem habet; qvam motus nodi borei in reliqvis Planetis; non absonum fuit, Tabulas motus Fixarum, cum Tabulis motus Solis coaptari.

coaptari. Fol: igitur 284, exhibet consignationem qvarundam, & magis necessarjarum Fixarum, è Catalogo Fixarum Tychonis excerptam, integrum autem catalogum inserere nolui, cum passim in aliorum libris extet.

Modus vero computandi locum Fixarum hoc PRÆCEPTO continetur: si tempus ad qvod locus alicujus Fixæ computandus est, inciderit in Seculum nostrum; cum anno proposito ingredere Tabulam Solis fol: 74, atq. è tertia columna excerpe ad propositum Tempus motum Fixarum, deinde cum proposito mense eundem motum è Tabula mensium; cum diebus v. è parva Tabella. Hi numeri in unam summam collecti, adduntur loco illius Fixæ in catalogo reperto, & provenit locus secund: longitudin. qvæsitus: latitudo v. retinetur ut perpetua (nunqvam enim mutata est hactenus, qvantum certiores veterum observationes testantur) nec qcqvam in ea immutandū. Exempli gratia, *Anno 1649, 7 April: stylo vet. velim scire locum Stellæ in australi Oculo & Aldebaran dictæ. Ergo ingredior Consignationem Fixarum, & invenio Aldebaran anno CHRISTI 1600 exeunte (s. jam completo) occupasse 4° 12′:30″ ♊ cum, latitudine Austr: 5°.31′. Hæc superiori loco colloco; & cum anno 1649, excerpo fol: 74, motum Fixarum 0°.40′ 48″; cum Aprili è Tabula mensium 12″, & tandem cum 6. diebus 1″; atq. hi tres numeri in unam summam collecti, dant 0.41. 1, addenda ad locum cujusq. Fixæ è catalogo extractum; & fit locus * Aldebaran qvæsitus 4°. 53′ 31″. Latitudine invariatâ retentâ.* Nota. Si tempus in annum CHRISTI 1600 currentem inciderit; si qvidem catalogus loca Fixarum ad annum 1600 completum; s. qvod idem est, ad meridiem 1 Januarii anni 1601 currentis exhibet: meminerit Lector illi anno 51″ subtrahenda, ad meridiem primi Januarii in Tabula respondere; qvæ subtracta è loco Fixarum, reducerent ea loca ad primum ejusdem anni diem. Proinde si in alio mense ejus anni qværitur Fixarum æqvatio, motus fixar. per mensem excerptus, subtrahendus est ab 51″, qvod restat, loco fixarum, è catalogo excerpto subtrahendum, & proveniet etiam illo anno locus Fixarum qvæsitus. Veluti; *scire velim ejusdem Aldebaran longitudinem Anno CHRISTI 1600 currente, prima die Octobris, cum anno 1600 excerpo motum fixarum 51″ subtrahend: cum mense Octobri 38″, hæc subtracta è 51″, relinquunt 13″, qvæ præceptum jubet subtrahere à loco in Catalogo expresso, scilicet 4°. 12′.30″ ♊: & remanent 4°.12′. 17″ ♊ locus qvæsitus.* Simile judicium est de omnibus Fixis unum enim & eundem omnes motum habent. Si v. Tempus propositum in nostrum Seculum non inciderit; inqvirendus est, sicut in Planetis, annus nostri Seculi cum anno proposito seculariter Symbolizatus, nec non intervallum seculare, de qvo hactenus supra satis actum est. deinde locus Stellæ ad annum Seculi nostri Symbolizatum, è Catalogo reducendus, ut jam ostensum est. Cum intervallo v. Seculorum, è Tabula Reductionis secularis Fol. 76, è tertia columna excerpitur Reductio, & juxta titulos in Fronte applicatur loco Fixæ anni Symbolizati, & sic emerget verus locus qvæsitus. Qvod uno, & altero Exemplo declarabo.

Typus operationis

	Long: Aldeb:	Latitud:
In Catal. 1649	4°. 12′. 30″	4°31″ Aust. semper manet invariata.
Aprilis	0. 40. 48	
dies 7	0. 0. 12	
summa	0. 41. 1 add.	
loc: qvæsit:	4. 53. 31	

1. Exemplum. *Sit inqvirendus locus Spicæ, ♍, ad annum 36 primæ periodi Calippicæ, diem 15. Elaphebolionis, qvi est nonus mensis Græcorum. Timocharis enim observavit ea die, Lunam, dictam stellam, extremitate sua attingere. Incidit autem hic annus, ut ex superioribus patet in annum ante CHRISTUM natum 344, in diem 9 Martii, Styli Juliani retrò extensi. Hic annus Symbolo secularitatis tangit annum CHRISTI 1607, & est seculare intervallum 1900. Ergo adeo Catalogum Fixarum, & excerpo locum Spicæ ♍ ad finem anni CHRISTI 1600. 18° 16′ ♎ (qvod signis numerariis scribitur Sign. 6. 18°.16′. 0″) cum Latitudine Australi 1°.59′: porro ingredior Tab. Solis fol. 74 & ad annum 1607*

1607. excerpo motum Fixarum 0°. 8′ 6″) cum mense Martio 8″, cum 9 diebus 1″, & fit summa 0°.5′.15″; addenda ad locum Spicæ prius excerptum; fit longitudo Spicæ ad annum Symbolizatum Sign. 6. 18°. 21′. 15″. Hinc cum intervallo seculari 1900, ingredior fol: 76 Tabulam Reductionis secularis, & excerpo è tertia columna Sig. 0. 26°. 55′. 0″, hæc (qvia tempus propositum est Seculi prateriti,) jubet titulus in fronte subtrahere à longitudine, ad annum Symbolizatum, jam inventa & remanent Sig. 5. 21°. 26′. 15″ vera longitudo Spicæ ♍, ad Tempus istius antiqvæ observationis.

Typus operationis

	Longitudo Spicæ	Latitud.
Anno CHRIS:	Sig. gr. ′ ″	o. ′
1600	6. 18. 16. 0	1. 59
1607	0. 0. 5. 6	Lat. manet invariata
Martii	0. 0. 0. 8	
dies 8	0. 0. 0. 1	
Summa	6. 18. 21. 15	
Reduct. sec:	0. 26. 55. 0 subt.	
locus qvæsitus	5. 21. 26. 15	

Eodem ejusdem periodi Calippicæ, anno, mensis Posideonis die 25 exacto, hoc est 20 decembris anni ante CHRISTUM 293. Timocharis observavit; Lunam texisse supremam * in fronte ♏, *jam. cognita stellæ ad hoc tempus longitudo, & latitudo, prodet locum Lunæ visibilem. Hic annus qvia cum Anno CHRISTI 1606 seculariter Symbolizatus est, sit q. seculare intervallum 1900: Ingredior ergo consignationem Fixarum fol: 285, & invenio ad annum CHRISTI 1600 completum, longitudinem stellæ 2; 6 36′ ♏ cum latitudine boreâ 1°. 51′. Motus Fixarum ad 20 decembr. anni 1606, addit 5′. 4″, fit locus ad tempus Symbolizatum 27°. 41′. 4″; ab hoc Reductio secularis 1900 annis competens, jubet subtrahere 26°. 55′. 0″, & remanent 0°. 46′. 4″. ♏ verus locus dictæ stellæ, in momento istius observationis antiqvæ.* Latitudo eadem fuit, qvæ & nostro Seculo ita semper invariata permansit, qvicqvid dicant qvi contrarium statuunt: qvorum assertio innititur mutationi obliqvitatis Ecliptica, qvam veteres (usi parvis nimis instrumentis, crassoq; observandi modo) majorem statuerunt, eâ, qvæ hodie diligentioribus observationibus invenitur. Qvamvis *ex ipsis PTOLEMÆI observationibus*, hujus qvantitas, qvantitati nostri seculi satis propinqva, eruitur; Lib: v, n. cap: 12 scribit, qvod per regulas parallacticas multoties Lunam in æstivo Solstitio; & maxima latitudine boream constitutam observaverit; semperq; distantiâ centri Lunæ à vertice 2 ½ gr. fere invenerit. Jam, si juxta traditionem Ptolemæi supponamus Elevationem poli *ALEXANDRINI* 30°. 58′, cui semper æqvalis est distantia culminis æqvatoris à vertice, deinde maximam latitudinem à Tychone in ventam 5°. min. 17′, addamus ad distantiam a vertice 2°. 7′. 30″ fit Summa 7°. 25′. 0″, hæc subtracta è 30°. 58′. relinqvit obliqvitatem Ecliptica maximam apparentem. fideliter ex observationibus Ptolemæi erutam 23°. 33′: ab ea, qvæ nostro Seculo observatur 23°. 31′. 30″, solo sesqvi scrupulo, vel adscita parallaxi, solis 3′ scrupulis differentem; qvæ differentia crassiori (qvia nondum ars ita exculta erat, sicut hodiè: utut diligenter negotium hoc tractarunt) veterum observandi modo facilè in illis excusatur.

Modus vero, qvo Eratosthenes usus est; cujus meminit Ptolemæus Lib: I. Cap: XI: & qvantitas ibi descripta, etiam moderna obliqvitate talis deprehenditur; qvod scilicet arcus interstitii Tropicorum ad totum circulum, crasse & mechanicè, (nam illud ferè s. proximè, etiam Eratosthenes addit) se habeat ut 11. ad 83. Id qvod Lector curiosus hac pragmatiâ, à Marito mihi ostensâ, facili apparatu experietur: *In asserculo, ad planiciem probè dedolato, circinetur circulus, è cujus centro stylus ferreus erigatur: ducatur qvoq; penes circulum, linea recta perpendicularis, cujus beneficio hic circulus situari poterit. Deinde Tempore Solstitii æstivi, Sole in meridiano constituto, situetur beneficio perpendiculi, asserculus hic ad planum meridiani, observeturq. diligenter, ubi umbra Styli circulum interfecat; & umbræ medium, in circulo, subtiliter infixo puncto notetur. Postea Tempore Solstitii hyberni, eadem praxis, cum hoc circulo instituatur, & punctum mediæ umbræ diligenter notetur, & habebitur in circulo, arcus distantiæ punctorum*

ctorum Tropicorum, qvi, qvanta sit totius circuli portio, sequente ratione Lector cum Eratosthene procedendo, inveniet. Circino benè acuto, & cujus crura non vacillant, capiatur (accuratione & diligentia adhibitâ) hoc Tropicorum interstitium; eog, ita aperto, toties circinetur in circulo, dum ad punctum in qvo inceperat, perventum erit; id qvod septimâ circinatione fit, remanente post eam, particulâ ignota; qvæ ut innotescat, repetatur 8va circinatio; hac de primâ portione tantum arcum abscindit, qvi ad residuam particulam, luce epharmosis (Germanicè nach dem Augenmaaß *) se habet, ut 5. ad 6. Alio igitur parvo circino hæc pars abscissa, in 5. particulas sub dividatur; circinoq, ita aperto, hac mensura, in particulam residuam transportetur: nam ferè & proximè sexies in eâ continetur; Sicut etiam monet Eratosthenes. Ita una circinatio in 11 particulas divisa est. Et 7 integræ circinationes, faciunt 77 tales particulas, additis q, 6. fiunt 83. ita ut distantia tropicorum, mechanicè inventa, se habeat ad integrum meridianum: sicut 11. ad 83.* Atq; hæc vera est ratio, & causa traditionis, & numerorum ab Eratosthene proditorum, qvi evincunt, temporibus illis non fuisse aliam Eclipticæ obliqvitatem, abeâ, qvæ hodie est: ac proinde nullam unqvam factam eius fuisse mutationem; cum nobis hæc mechanica pragmatia idem prorsus, qvod Eratostheni ostendit: & consequenter Fixarum latitudines nunqvam mutari. Cæterum hæc observatio utut crassa; *Non spernenda tamen: primis debetur & ausis*

Gloria - - - - -

Eratosthenis minime exprobranda, sed grato animo agnoscenda est, qvod non in ARTIS complemento; sed primo duntaxat rudimento, constitutus, primus glaciem fregit, & qvantitatem ejus qvalem & qvantamcunq; determinavit. Qvod vero sequentes Astronomi, ut Hipparchus, & alii, huic crassæ & mechanicæ observationi, nimis securè acqvieverunt, acsi fuisset accuratissima; id sane (mea qvidem sententia) laudandum non fuit, multò minus in Ptolemæo, qvi alias antecessoribus parum æqvus, (eorum enim observationes, etiam fide dignas, nimis audacter rejicit) Hic v. ubi accuratâ observatione, Eratosthenis crassior corrigenda erat, satis attentus non fuit; qva unica re neglectâ, nullo ævo Astronomico (ante Tychonem) vera Lunæ latitudo, & qvæ inde proveniunt innotuerunt; neq; fixarum latitudines cognitæ fuerunt: sed omnia crassè & sine ulla perfectionis spe, transacta sunt. Laudem vero meretur summam in his Albategnius, qvi relictâ autoritate, & servili probro nimiæ credulitatis, ocularem experientiam in consilium & subsidium advocavit, ostenditq; divinam hanc ARTEM ab Antecessoribus actam, semper agi, nunqvam peractam fuisse, neq; *post mille Secula, ulli posteritorum*, occasionem denegatum iri, aliqvid laudabiliter adjiciendi. Hic primus obliqvitatem minorem eâ, qvam credulitas jussit esse veram, ex observatione asseruit; *tantam ferè, qvantam suprà è Ptolomæi observationibus enucleavi.* Hic Eccentricitatem Solis, locum apogæi, & alia plurima ut & qvantitatem anni, & motum Fixarum, emendavit; ostenditq; viam qvam in eundam sibi proponerent, qvi hisce sacris fructuosè operari cupiunt. Verum de his satis; plura Exempla computi Fixarum, infra in Planetis passim occurrent.

CAPUT XIII.

DE SATURNO IN SPECIE.

Supra monui Solaris motus computum, duabus Tabulis absolvi; reliqvorum vero Planetarum 4. earum ad minus indigere. SATURNI igitur Tabulæ continentur; prima qvidem à fol: 81 in 83. secunda à fol: 84 in 87. tertia à fol: 88 in 103. qvarta & ultima à fol: 104 in 106. Hisce paginis continetur, qvicqvid ad compendiosissimum hujus syderis computum reqviritur. Prima enim Tabula, ad centum Epochas, id est singulos seculi nostri annos currentes, ad meridiem primi Januarii Styli Juliani; (in Meridiano Tabularum) suppeditat; in prima columnâ *Tempus ab apheliо*, in annis, diebus, horis, & minutis. In 2ª columna, *Aphelii Locum* situm, seu veram ab æqvinoctio verno Longi-

Longitudinem, in signis, gradibus, minutis, secundis. In 3ª columna ☌ *locum*, sive longitudinem. Additur Tempus & motus ad mensium initia, etiam ad dies subnectitur. Hisce in calce subjungitur verus modulus unius ad Aphelium RESTITUTIONIS; nimirum qvot Annos, dies, horas, & minuta horarum insumat; dùm ab aphelio egrediens; iterum ad aphelium revolvitur, scilicet ann. 29. dies 180. hor. 14. 57'. Ubi Lector duo hæc notet; 1mò *annos hos non esse Julianos 365¼ dierum. sed æquales; Astronomis Ægyptiacos dictos, 365 solummodo dierum, absq, ullo additamento, numeratos: 2do qvod in Tempore ab aphelio ultra scrupula prima in superioribus non fit progressus; causa est, qvod illa scrupulositas in superioribus nullius planè sensibilis sit effectus; in Saturno ad summum 2''' faciens; ergo dementia esset, calculatorem inutili prorsus labore onerari.* In secunda Tabula, in margine, propositum est Tempus ab aphelio, in annis, & triginta qvibusq; diebus, qvibus in Area Tabulæ, vera *DISTANTIA AB APHELIO*, sine ulla mediorum motuum collectione, sine ullâ anomaliæ formatione, sine ullâ prostaphæreseos investigatione, & applicationis cautione, in aliis Tabulis necessariò obeundis; statim respondet. Adduntur ei diurni, & horarii; idq; per totum circuitum. *Qvod vero saltus in margine per 30 dies fieri cernitur, non metuat hinc Lector ullum accurationis detrimentum; siqvidem hoc Sidus tardigradum, motu mediocri, per tot dies vix unum gradum conficiat; & hinc vanus prorsus & inanis foret labor, molem Tabulæ multarum paginarum evolutione molestam reddere.* In 2da columnâ, diurni; in tertia, horarii; eò consilio, ut suprà in genere monui, additi sunt; ut, *si Temporis ab aphelio dies, & horæ, & c: non præcisè in margine inventi fuerint; dies residui in proximum ei lineæ diurnum, multiplicentur; horæ vero & scrupula horarum, in horarium; & numeri emergentes, ad veram distantiam cum proximè minore Tempore excerptam, addantur:* ita fit vera distantia ab aphelio correctissima. In tertiæ columnæ calce, non mirentur Artifices, Terminos stationum Saturni aphelii parum admodum variari in perihelio; contra omnium aliarum Tabularum mensuram. *Parva enim diurnorum Saturni perihelii, & aphelii differentia; parvus qvoq, excessus æqvationis; nec non, diurnæ Solaris intervalli in contrarium permutationes, alios Terminos stationis non concesserunt; prout unicuiq, cui concessum est requisitum ad hoc problema solvere; ipsa praxis suggeret.* Hæc in specie de Saturno monenda restabant. Modum enim calculandi è superioribus Lector jam tenet; qvi etiam experietur, calculum ex hoc compendio cum Rudolphinis in eodem puncto ubiq; coincidere.

Verum, qvia in Frontispicio Libri promiseram, facilem qvendam modum revocandi loca superiorum, Saturni, & Jovis, ad exactiorem, & cœlo magis consonam rationem: locus me admonet, ut nomen ibi contractum rescindam, & datam fidem liberem. Qvamvis enim *RUDOLPHINIS* perfectiores hactenus Tabulæ (qvantû scio) non prodierint; nemo tamen putet, nihil in illis restare emendandum. Nam crebræ, fidæ, & diligenter ad cœlum, per 28 annos, à Marito observandissimo habitæ observationes docuerunt; non solum in superioribus: sed etiam in reliqvis, ☿te scilicet, ♀e, & ♂o, imò in ipsis Luminaribus, (& qvod alii mirabuntur) in multis Fixis latitare imperfectiones; est, ubi errores, Artificum diligentiâ, in posterum emendandos, & exscindendos; qvorum maximam qvidem partem ipse jam sustulit; mihiq; concessit, ut speciminis loco, superiorum correctione cum doctis Artificibus communicatâ; Artis cultores ut diligentiùs in cœlum inqviterent, nomine ipsius admonerem. Reliqvorum vero emendationes nondum publicare voluit, expectans, qva fronte, & animo hæc excipiantur? Qvod si enim gratiarum loco, pro seculi pravitate, odium, cavillas, calumnias se manere senserit, mavult omnia suppressa perire; qvam sacrum canibus projicere: 29 igitur observationibus, in diversissimis Eccentrici & commutationis punctis (id qvippe factu necessarium est ei, qvi hoc in negotio feliciter & fructuosè operari vult) ad Saturnum habitis, & studiosissimè inter se collatis; deprehendit, maximum Rudolphinarum à cœlo excessum 4½' (idq; in primo commutationis semicirculo,)

Ut proinde rem ipsam breviter aperiam, seqvente facillimâ ratione, Calculator ♄i locum corrigat. Tempori ab aphelio, juxta superius ostensam rationem invento, subtrahe 1 diem & 1½ horam; eoq; ita correcto extrahe, ut supra monui, veram distantiã ab aphelio; per hanc constitue verum locũ heliocentricum, qvem à loco Solis subtrahe, & formabitur commutatio; per hanc, & veram ab aphelio distantiam, è tertia Tabula, excerpe, (correctis corrigendis) æqvationem, sive differentiam, qvâ locus geocentricus differt, ab heliocentrico; ex adjuncta Tabellula corrigendam: nimirum pro singulo ejus gradu, singula 20″; & pro singulis tribus ejus scrupulis, 1′, subtrahendo, & erit æqvatio accuratè correcta; qvæ juxta titulum Frontis, loco heliocentrico applicata, præstat locum ♄i geocentricum exqvisitum, & cœlo satis congruentem. Possemq; hic plurima exempla nostrarum observationum adducere: sed præstat, aliorum jam publicè extantia, exercitii loco adhibuisse. *Anno* CHRISTI *1627, die* ♂ *14. 4. Decembris, manè,* ♄ *videbatur texisse penultimam alæ sinistræ Virginis. At perspicillo adhibito, apparuit stella, stans ad sinistram sursum versum, parte circiter 6ta instrumenti, qvæ sunt 2 v. 3′, vide Ephemerid. Keppleri, in calce dicti anni, & mensis. In Catalogo Fixarum Tychonis ad annum 1600 completum, huic Stellulæ tribuitur longitudo 9°. 28′. 30″.* ♍, *cum latitudine borea 2. 23½: sed mota est interim usq; ad tempus observationis, 22′. 53″, ut vera longitudo ejus sit 9°. 51′. 23″; tot qvoq; vi normæ observationis,* ♄ *stellulæ secũdũ longitudinẽ conjunctus, aut minuẽũ plus tunc obtinebat. Verũ qvia Ephemerides eadem, ad meridiem ejus diei* ♄ *9°. 57′* ♍ *attribuunt, cum latitudine borea 2°. 21′, ut ita manè 9°. 56′ obtinuerit; arguitur calculus Rudolphinarũ cœlum excessisse 4½′ ferè; in latitudine vero pulchrè observato convenisse. Experiemur calculum Rudolphinarum ejus qz correctionem.* ☉ *in meridie habuit 22°. 18′. 3″* ♐ *ergo manè hora 6ta 22°. 3′. 44″, vel ut signis numerarlis scribitur 8. sig. 22°. 3′. 44″, &* ♄ *ad meridiẽ primi Januarii anni* CHR: *currentis 1627 (fol. 81) Tempus ab aphelio, obtinet ann: 21. d. 111. h. 0. 3′. Locus ſ. longitudo Aphelii ab æqvinoctio adscribitur 8 sig. 26°. 30′. 24″, locus* ☌ *3 sig. 21°. 30′ 56″. Deinde cum Decembri simplice, completis qz diebꝰ excerperitur Tempus, & motus, at qz unumqvodvis ad congenerem suam speciem additur, & sit tempus ab aphelio anni 22. d. 82. h. 18. 3′, locus aphelii 8 sig. 26°. 31′. 33″, & locus* ☌ *3 sig. 21°. 32′. 2″; cum Tempore ab aphelio, extrahitur vera distantia*

Tabellula correctionis

Gradus æquationis I.	II.	Scrupula æquationis I.	II.
1	0. 20	3	1
2	0. 40	6	2
3	1. 0	9	3
4	1. 20	12	4
5	1. 40	15	5
6	2. 0	18	6
		21	7
		24	8
		27	9
		30	10
		33	11
		36	12
		39	13
		42	14
		45	15
		48	16
		51	17
		54	18
		57	19
		60	20

Typus operationis.

Tempus ab aphel:	Anni	dies	hor.	′	*Locus aphel.* Sig.	gr.	′	″	*Locus* ☌ Sig.	gr.	′	″
Ao CHRISTI	1627				8.	26.	30.	24	3.	21.	30.	56
Xbr. simpl.	0.	334.	0.	0			1.	9			1.	6
dies compl.	0.	2.	0.	0			0.	0				0
horæ 18	0.	0	18.	0				0				0
v. T. ab aph.	22.	82.	18.	3	8.	26.	31.	33	3.	21.	32.	2
T. è Tabul.	22.	60	0.	0	9.	7.	2.	34	6.	4.	19.	15
minus	22.	18.	3				43.	38	2.	12.	47.	13
	22.	0	0				1.	30	*dans Latit.*			
I. II					9.	7.	47.	42	*boreã* 2.	20½		
1. 59		18.	3									
d. 22	*horar.*	5										
fit	43.	38										

I II III
0. 15
1. 30

Sign.	gr.	′	″	
Locus Solis	8.	22.	3.	44
locus ♄ *hel.*	6.	4.	19.	15 subt.
commut.	2.	17.	44.	29

hæc cum vera distantia ab aphelio, è tertia Tabula (beneficio Tabulæ D.) studiosè correcta, dat æqvationem 5. gr. 37. min. 5. sec. add. loco Heliocentrico.

	ann.	d.	h.	′	Sig.	gr.	′	″	
v. T. ab aph.	22.	82.	18.	3	8.	26.	31.	33	*long. ab aph.*
pro correct. subt.	1.	1.	30				0.	0	
T. cor. ab aph.	22.	81.	16.	33	8.	26.	31.	33	*loc. aph. corr.*
T. è Tab.	22.	60.	0.	0	9.	7.	45.	35	*corr. d. ab aph.*
differ. marg.		21.	16.	33	6.	4.	17.	8	*loc.* ♄ *helioc.*
locus Solis,	8.	22.	3.	44			5.	35. 20	*æqvat. corr.*
L. ♄ *helioc.*	6.	4.	17.	8	6.	9.	52.	28	*l.* ♄ *correct.*
commut. cor.	2.	17.	46.	36					

ab aphe-

ab aphelio (correctis corrigendis) 9 sig. 7°. 47′. 42″, hæc addita loco, v. longitudini aphelii, præstat locum, sive longitudinem Saturni heliocentricam, 6 Sig. 4°. 19′. 15″, qvæ à longitudine Solis subducta, relinqvit commutationem, 2 Sig. 17°. 44′. 29″. Cum hac, & vera distantia ab aphelio, è tertia Tabulâ fol. 100 eruo, (ritè correctis corrigendis) æqvationem, sive differentiam loci Geocentrici ab heliocentrico 5°. 37′. 5″, addenda ad locum heliocentricum, & fit geocentricus qvæsitus 6 Sig. 9°. 56′. 20″. Differt v. hic calculus ab exactissimo Triangulorum ratiocinio Rudolphinarum, solis 19″, excedens. Ergo Keplerus Saturnum fideliter ad istum diem in Ephemeridibus computavit. Sed ut locus hic correctione ad veritatem cœlestem propriùs adducatur, jubet præceptum ab invento Tempore ab aphelio subtrahere, 1. diem & ½ horam, *remanent hic ann: 22. d. 81. h. 16. 33′, cum qvibus è secunda Tabulâ extrahitur, secundum præceptum correcta vera distantia ab aphelio 9 Sig. 7°. 45′. 35″; additâ hâc ad longitudinem aphelii; fit longitudo heliocentrica correcta, 6 Sig. 4°. 17′. 8″; eâq; à Solis loco subtracta, restat commutatio correcta, 2 Sig. 17°. 46′. 36″; ea cum vera distantia ab aphelio, immissa fol. 100, in Tabulam tertiam, excerpit æqvationem 5°. 37′. 12″, qvam præceptum ita corrigere jubet; ut pro singulo gradu singula 20″, & consequenter; pro 5 gradibus, 1′. 40″; pro 37′. igitur, 12″. & proinde summa ex his, 1′. 52″ facta ab ipsa æqvatione subtrahatur; & remanent 5°. 35′. 20″ æqvat: correcta; qvæ addita ad locum heliocentricum correctum, facit 6 sig. 9°. 52′. 28″,* satis propinq; conveniens cum cœlo, qvod exhibuit Saturnum secundum longitudinem conjunctum stellulæ, aut scrupulo uno excessisse. Conferamus & aliarum Tabularum calculum cum hoc observato. Prutenicæ ergo ✶lulam in 8°. 53′ ♎, cum latitudine borea 2°. 50′, collocant; ita ut ♄ eandem longitudinem cum latitudine borea 2°. 47′ obtinuisset; *sed eadem* ♄ *in 10°. 21′* ♎ *cum latitudine borea 1°. 57′, reponunt, excedentes in longitudine propriam hypothesin ✶lulæ 1. gr. 22′; in latitudine vero 50′, ab eâ deficiunt.* Tabulæ Danicæ ✶læ dant 9°. 50′ ferè, cum latitudine boreâ 2 gr. 23′; *sed calculus Saturnum in 10 gr. 9′* ♎ *constituit, excedens cœlum, & propriam circa ✶lulam hypothesin 19′ ferè, latitudine parum abermnte.* Lansbergianæ tantopere & publicè jactatæ, qvod cum omnium Temporum observationibus, etiam cum ipso cœlo ad amussim convenirent, stellulæ tribuunt longitudinem 9° 57½ min. ♎, *calculus v.* ♄ ♏ *reponit in 9°. 31′; ut defectus & aberratio à cœlo maneat 26½′.* Magnus sanè circa hoc Sidus error, admonens Tabularum autorem, ut & parcius alienum nomen, & laborem fugillare; & de suo modestiùs sentire discat.

Ex hac collatione animadvertant Astrophili primò: qvam arduum sit ad accurationem motuum cœlestium pervenire, etiam illi, qvi mediis necessariis, & observationum fide dignarum copiâ instructus est; ne dum ei, qvi unam, & alteram duntaxat observationculam (etiam illegitime administratam) pro fundamento sibi proponit. *Nam sicut in actionibus forensibus, Sacræ Themidis antistites periculosum & temerarium ducunt de legis sensu definire, nisi totâ lege prius diligenter inspectâ: ita non minus, in arduo hoc negotio periclitatur veritas, nisi in multis diversissimis, tàm eccentrici; qvàm commutationis circuli punctis, observata diligenter capiantur, omniaq; cum per se; tum v. invicem collata, in debito præcisionis puncto coincident:* Secundo, considerent, qvam sibi semper similis sit veritas, qvantiq; interfit, veris propriis, & ad æqvatis motuũ causis Astronomiam in ædificari. Keplerus enim ut prudens Artifex, omnia studiosissimè discutiendo, centrum mundi mobilis constituit Solem, corpus magnum augustum, admirabile, vi motoria vivacissima pollente, & hinc Planetas circa se dispositos (propinqvos qvidem celeriter remotos tarde) circumrapere: Planetas v. ipsas in primo ab aphelii semicirculo librando, Soli appropinqvare, in altero iterum abeo elongari. *Hac ratione orbita Planetarum fit Ellipsis; & utrumq; semper intervallum, tùm Planetæ à Sole, tum Terræ qvoq; à Sole, innotescit, qvibus duobus concessis, vi Geometricæ, & invictissimæ demonstrationis evincuntur anguli ad planetam, ad Solem & ad Terram.* Atq hæc causa est, qvod Rudolphinæ propinqve admodum hoc observatum, ad differentiam 4½ min. assequuntur: Prutenicæ v. Danicæ, & Lansbergii, magis aberrant, qvia loco Solis, ut ex Dei ordinatione, fontis virium

motoriarum; supponunt punctum fatuum, viribus cassum, & qvod extra imaginationem autoris, nullibi in Universo ullam realitatem habet: qvasi tanta corpora Naturalia, non aliqvâ vi motrice; sed qvodâ figmento humano circumrotarentur; atq; in eo circuitu, non libratione naturali; sed variorũ figmentorum (centrorum puta, Epicyclorum & Epepicyclorum:) complicatione, iter suum versus Solem, modo inflecterent; modo extrorsum deviarent. *Hac qvippe ratione fit, ut orbitæ Planetæ figura, non Elliptica; (qvam tamen intermeriata observationum* VERITAS *seriò posçit;) neq; circularis; sed turpiter buccosa reddatur, intervalla vitientur, & hinc omnis Astronomiæ certitudo planè annihiletur.* Proinde nemini mirum videatur per monstrosas suppositiones monstrosum calculum introduci; qvi aliqvot studiosè ad destinatum effectum selectis observatis, qvibuscum fortuitò incidit, conveniens, spem magnam magnæ certitudinis faciat; verum aliis accommodatus, statim, (qvæ est falsi natura) se prodat. Tertio probè considerent, qvam præsumptuosum sit, & hominis, humanæ sortis, & fragilitatis parum conscii, ductâ è paucis & parvis conjecturâ, ad maxima & plurima concludere velle. Autor Danicarum fol. 207 putat se rem peregisse, provocans ad observata: sed passim ab observatis (sicut etiam hic) arguitur vitiosus ejus calculus. Lansbergius omnium aliorum Tabulas rejicit, suasq in Cœlum, laudibus certitudinis, & cum cœlo convenientiæ extollit; qvam certæ vero sint, hoc observatum arguit. Possem plura exempla introducere: Verum Temporis angustia id non patitur. Qvi otio abundat, conferat observationem Tychonis habitam 1590 die 7. Septembris, hora seqventis noctis 12. ubi ♄ inventus est in 28°. 7′ ♊, cum latitudine meridiana 1°. 11′; videbit hanc correctionem in ipso scrupulo convenire cum cœlo Rudolphinas vero 4. scrup: excedere. Anno qvoq; 1632, 13. 3. Februarii, mane hora 4ª, ♄ ad fixas in Fronte ♏ comparatus, inveniebatur 28°. 14′ obtinere, cum latitudine borea 2°. 11′; in hoc loco, Rudolphinæ iterum ad 4′ excedendo aberrant, tribuentes Saturno 28°. 18′. Hæc de Saturno.

CAPUT XIV.

DE JOVE IN SPECIE.

Calculus JOVIS, perinde ut Saturni 4 Tabulis includitur: prima fol: 107 ad centum Epochas, TEMPUS AB APHELIO, LOCUM sive longitudinem APHELII, nec non LOCUM ☌ JOVIS, ut tituli in Fronte monent; idem qvoq; ad mensium initia, subscriptum insuper modulum unius restitutionis ann: 11. dies 317. hor. 11. 2′. | cum adjuncta REDUCTIONE SECULARI continet. *Sumuntur & hic in prima columna anni æqvales, 365 dierum, eandem prorsus ob causam. In Tempore ab aphelio ultra minuta prima horæ non fit progressus.* In secunda Tabula, à fol. 110 usq; 113 Tempus ab aphelio in margine disponitur, & fit saltus, ad evitandam Tabulæ prolixitatem per 12 dies. Annis & diebus marginis in 1ª columnâ Areæ, respondet vera DISTANTIA AB APHELIO, qvæ semper addita ad longitudinem aphelii, dat locum Jovis heliocentricum. In 2da columna continentur DIURNI, sparsim positi, qvorum proximus semper spectat sine ullo sensibili errore, ad eam lineam, qvam propositum Tempus ab aphelio tangit, sive illam præcedat, sive seqvatur. In 3tia sunt HORARII, ubiq; eo, ut supra in Saturno indicavi, consilio additi, ut dies residui in diurnum, horæ & scrupula horarum in horarium multiplicari possent.

In tertia Tabula à fol. 114 usqve 129 continetur ÆQVATIO sive differentia, qva longitudo Jovis heliocentrica differt à geocentrica; *estq; nihil aliud qvam angulus ad Jovem, complecturq; potentiâ, omnem varietatem, qvam intervallorum continuè facta variatio, (tàm Solis à Terra; qvam Jovis à Sole) importare potest.* In Fronte vero DISTANTIA Jovis ab aphelio in signis, ad saltum qvinorum graduum, disponitur; in margine Commutatio, etiam in Signis, & ad gradus qvinos. In calce sunt Termini stationum, ut Tituli adscripti monent; qvorum numeri

numeri in ♃, ob diutnorum excessus, perihelii varietatem, Eccentricitatisq; Solis ad radium ♃ proportionem majorem, magis variantur, qvàm in Saturno. *Notet qvoq; Lector, in inqvisitione Terminorum stationis dimensiones radiorum orbitarum Saturni, & Jovis, qvas Rudolphinæ suppeditant, à me non fuisse adhibitas, sed eas, qvas à Marito factâ correctio, vi demonstrationis secum traxit; qvamvis in Saturno minimum qvid; in Jove tamen parùm evidentiùs sentitur.* In 4ª Tabula fol. 130 in 132 continetur LATITUDO ♃, ad denos Argumenti Latitudinis (distantiæ loci heliocentrici ♃ à suo ☊,) gradus in fronte; ad denos qvoq; commutationis gradus in margine, jam exputata; solâ correctione, qvæ fit beneficio Tabulæ partis proportionalis sub Lit. F satis accuratè extrahenda. De qvibus omnibus me Lectorem suprâ satis instruxisse videor. Reliqvum est, ut in Frontispicio Libri factæ promissioni satisfaciam; & Jovem, juxta Mariti correctionem ex 87 observationibus studiosissimè & fidelissimè excussam, ad majorem veritatis propinqvitatem, calculo deducam.

Aliqvoties jam facta est mentio, hasce meas compendiosas Tabulas in effectu æqvipollere Rudolphinis, illud etiam in Jove, ut cuilibet experienti palam fiet, verum est. Sed qvia ex diligentissima Mariti dilectissimi in hoc Sidere animadversione, calculus Rudolphinarum in 2do commutationis semicirculo, usq; ad 13½ scrupula prima aberret à cœlo, apparebit etiam in his Tabulis nondum correctis, idem vitium (in 1mo commutationis semicirculo, vitia Rudolphinarum maxima ex parte se mutuo ita expungunt, ut mirum non sit, Kepplerum, qvamvis valdè industrium, & sicut ex ejus scriptis patet, prudentissimum Artificem, in hoc negotio fuisse deceptum) Nam laborant tria, Theoriæ Jovis Elementa vitio; locus Aphelii, medius motus, & proportio Radii Orbitæ Jovis, ad distantiam Solis & Telluris. Horum omnium, qvamvis nullum per se, & seorsim acceptum, multum importat; complicata tamen, (id qvod in 1 & 4 Eccentrici qvadrante, & in 2do commutationis semicirculo fit,) coacervant aberrationem, ut jam dictum est: qvam ut penitus tollamus; hac facillima ratione utemur. Ad propositum Tempus, (juxta modum supra ostensum,) è prima Tabula, excerpantur; Tempus ab aphelio, & locus aphelii: sed anteqvam operando pergas, loco aphelii adde 45°; à Tempore vero ab aphelio subtrahe 8. d. 5. h; & correxisti duo elementa. Cum Tempore sic ita correcto, ex secunda Tabula excerpe veram distantiam ab aphelio, eamq; correcto loco aphelii adde; proveniet correcta longitudo heliocentrica. Hanc à vero loco Solis subtrahe, formabitur commutatio; qvæ in tertia Tabula in margine qvæsita, cum vera distantia ab aphelio, in Fronte ejusdem Tabulæ investigatâ, excerpit æqvationem, sive differentiam loci Geocentrici, ab heliocentrico; ratione suprà ostensâ corrigendam. Qvæ correcta amplius aliqvid patitur, nempe, cum gradibus hujus inventæ æqvationis, superiorem partem adjunctæ Tabellulæ ingrediaris, & excerpas correctionem: cum minutis vero inferiorem partem, & competentia capias secunda, eaq; invicem addes; summula ab inventâ æqvatione subtracta, corrigit tertium elementum; ipsaq; sic correcta æqvatio, juxta titulos Frontis loco ♃ heliocent: applicata, præstat longitudinem ♃ cœlo satis consonam, cui hactenus observationes attestantur. LATITUDO v. inventa, 60ima parte sui, ubiqve augetur, & erit etiam correcta.

Tabulæ pro correctione æqvationis

gradus æqvationis	′. ″
1	10. 36
2	21. 12
3	31. 48
4	42. 24
5	53. 0
6	63. 36
7	74. 12
8	84. 48
9	95. 24
1	6. 0
11	116. 36

Scrupula, gradibus æqvationis adhærentia.

′ \ ″	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36
0	0	0	1	1	2	2	3	3	4	4	5	5	6	6	7	7	8	8	9	9	10	10	11	11	12	12	13	13	14	14	15	15	16	16	17	17	18
1	18	19	19	20	20	21	21	22	22	23	23	24	24	25	25	26	26	27	27	28	28	29	29	30	30	31	31	32	32	33	33	34	34	35	35	36	36
2	36	37	37	38	38	39	39	40	40	41	41	42	42	43	43	44	44	45	45	46	46	47	47	48	48	49	49	50	50	51	51	52	52	53	53	54	54
3	54	55	55	56	56	57	57	58	58	59	59	60	60	61	61	62	62	63	63	64	64	65	65	66	66	67	67	68	68	69	69	70	70	71	71	72	72
4	72	73	73	74	74	75	75	76	76	77	77	78	78	79	79	80	80	81	81	82	82	83	83	84	84	85	85	86	86	87	87	88	88	89	89	90	90
5	90	91	91	92	92	93	93	94	94	95	95	96	96	97	97	98	98	99	99	100	100	101	101	102	102	103	103	104	104	105	105	106	106	107	107	108	108
6	108	109	109	110	110	111	111	112	112	113	113	114	114	115	115	116	116	117	117	118	118	119	119	120	120	121	121	122	122	123	123	124	124	125	125	126	126
7	126	127	127	128	128	129	129	130	130	131	131	132	132	133	133	134	134	135	135	136	136	137	137	138	138	139	139	140	140	141	141	142	142	143	143	144	144
8	144	145	145	146	146	147	147	148	148	149	149	150	150	151	151	152	152	153	153	154	154	155	155	156	156	157	157	158	158	159	159	160	160	161	161	162	162
9	162	163	163	164	164	165	165	166	166	167	167	168	168	169	169	170	170	171	171	172	172	173	173	174	174	175	175	176	176	177	177	178	178	179	179	180	180

Exempli loco nonnullas à marito dilecto, summâ fide & industriâ habitas observationes, (qvas etiam in correctione adhibuit) ex permissione ipsius, cum Artis cultoribus communicabo; prout in annotatione Tempestatum, & observationum cœlestium (ipsius propriâ manu) annotatæ sunt, ut sequitur. Anno CHRISTI 1627. 23. April. 3. Maij mane horâ 3. min. 23 p. med. noctem, ♃ à suprema in fronte ♏ distabat, in consequentia 18', vix sensibiliter * humilior, videbaturq; stellam tecturus: sed orto Sole, aura turbari cœpit, mansitq; pluvium per 2½ dies. Sexta v. die mane, aurâ iterum serente vix una hora p. med. noctem, distabant centra stellarum, ♃ e versus dextram constituto, & paulo humiliore (in perspicillo, cujus apertura 14' capiebat) qvarta capacitatis instrumenti parte id est 3' trib. 4tis. Experiemur ergo fidem correctionis: *Fixa illa, in Catalogo Fixarum, ad annum* CHRISTI *1600, collocatur in* 27° 36'. ♍, *cum latitud. bor.* 1° 5'. *Dies* 24 *Aprilis anni* 1627, *dat motum fixar.* 22½' *ferè, addenda: Ita fit locus ejus ad Tempus propositum* 27°. 58½'. ♍. *Vel ut signis numerariis scribitur* 7. *Sig.* 27°, 58½'; *& requiritur locus ♃ circa* 27° 56' ♍. *Cum locus observationis Solis* 13' *à meridiano versus Ortum distet; computabimus (neglectis tribus secundis, qvæ hinc emergerent) ad* 12 *horam* 54' *post complet.* 24 *d. Aprilis, in meridiano Tabular: qvando nimirum ♃ meridianum transibat; ad qvod momentum invenitur locus ☉ is è suis Tabulis* 1. *Sig.* 15°. 8'. 16''. *Porrò cum tempore dato fol.* 107 *è prima Tabula ♃, excerpo, ut adjuncta Typus monstrat; Tempus ab aphelio ann.* 1. *d.* 266. *h.* 5: 49', *locum aphelii* 6. *Sig.* 7°. 12'. 42'' *locum ☌* 3. 5°. 27'. 30'', *Tempus ab aphelio ad Rudolphinarum Hypothesin verum jam habetur: nec non locus aphelii; qvorum utrumq; cum à Cœlo redarguatur, debite corrigendum est, tenore præcepti. Tempori igitur* 8. *d.* 5. *h. subtrahantur, & remanet tempus correctum ann.* 1. *d.* 258. *h.* 0. 49'. *Loco Aphelii adde* 45', *& fit correctus* 6. *Sig.* 7°. 57' 42''; *cum Tempore è secunda Tabulâ (correctis corrigendis:) excerpitur vera distantia ab aphelio* 1. *Sig.* 17°. 35. 27''. *qvæ addita ad correctum locum aphelii, dat veram longitudinem Jovis heliocentricam,* 7. *sign.* 25°. 33'. 9''. *Eaq; subtracta à vero loco Solis, relinqvit commutationem* 5. *Sig.* 19°. 35'. 7'', *cum eâ porrò, & vera distantia ab aphelio fol.* 116, *excerpitur (emendatis emendandis) æqvatio* 2°. 24' 1'', *tanqvam ex hypothesi Rudolphinarum; qvam cum cœlum ex parte redarguit, corrigenda est; ergo cum* 2 *gradibus è prima parte Tabulæ, excerpo* 1'. 12'' *& cum* 24 *minutis è secunda*

Typus operationis.

Anno CHRISTI	Temp. ab aph anni d. h. ′	Longitudo aphel. Sig. gr. ′ ″	Locus ☌ Sig. gr. ′ ″
1627	1. 151. 16. 53	6. 7. 12. 28	3. 5. 27. 29
Apr. simpl.	90. 0. 0	11	1
dies 24	24. 0. 0	3	0
hor. 12	12. 0	0	3. 5. 27. 30
min. 54	54	0	7. 25. 33. 27
T. ab aph. 1. 266. 5. 49		6. 7. 12. 42	4. 20. 5. 57
pro corr. subtr. 8. 5. 0		*add. corr.* 45. 0	*Argum. Lat.*
Temp. corr. 1. 258. 0. 49		6. 7. 57. 42	*dans Latit.*
T. è Tab. 1. 252. 0. 0		1. 17. 7. 11	*boream*
		28. 6	1° 2'. 49''
emu 1. ″ 4. 41	rect. 6 d. 6	0 49 0. 0	
dies 6		0. 49	
4. 6	horarius 12	1. 17. 35. 27	*corr. d. ab aph.*
0. 24.	9″. 48‴	7. 25. 33. 9	*corr. long. hel.*
0. 28. 6	Sig. gr. ′ ″	2. 22 34	*aqvol. æqu. add:*
Longit. ☉. 1. 15. 8. 16		7 27. 55. 43	*v. long. Geocent.*
L. hel corr. 7. 25. 33. 9		*distant. proximè minor*	
commutatio 5. 19. 35. 7		*Sig.* 1 15°	
prox. minor 5. 15	*dat æqvat.* 3°. 24'. 0''		
æqvatio 2°. 24'. 1''		*adde* 31	*ratione frontis*
subtr. correction: 1. 27		3. 24. 31	
æqvat. aqvol. 2. 22. 34		*subt:* 1. 0 30	*ratione marg.*
differ. Marginis 4°. 31'		*erit* 2. 24. 1	*æqvatio corr.*

different: linear: 1°. 6' decr.		differ: columnar: 1' incr.	
4	0°. 48′ ″	differ. 2°	24‴
4	4. 48	fron- 35'	7
35	0. 7	tis	31
31	0. 42		
p. p. 1	0. 30 subtrahenda.		

cunda parte 15''. *Summulâ* 1'. 27'', *subtracta ab æqvatione inventa, restat æqvatio correctissima* 2°. 22'. 34''. *qvæ è Frontis titulo addita, ad correctam longitudinem heliocentricam, dat veram longitudinem Geocentricam,* 27°. 55'. 43'' ♍, *deficiens à Stellæ longitudine vix tribus scrupulis. Tandem longitudo ☌ subtracta à correcto loco ♃ heliocentrico, relinqvit Argumentum Latitudinis Sig.* 4. 20°. 5'. 57''; *dans foli* 33 *latitudinem boream descend:* 1°. 2'. 49'': *Et hinc centrorum distantia* 3½ *Prorsus ut à Marito observata est, provenit; a qvo Rudolphinus calculus* 6' *deficit.* Exposcens eo ipso sui correctionem. Verum ne qvis putet, ad unicum hoc Exemplum correctionem fuisse institutam, & in reliqvis non succedere, addam.

Exemplum secundum

Ad Octobrem Anni 1629, inter alia ita annotatum est, à $\frac{7}{17}$ in $\frac{19}{29}$ ejusdem; grata fuit maxima ex parte serenitas, excepta $\frac{12}{22}$ qvæ turbidior erat; In singulis reliqvis, ♃ vesperè ad fixas collatus, novem qvasi scrupulis superabat Rudolphinum calculum, die $\frac{18}{28}$ vesperè, una hora p. apparentem occasum Solis exactâ, id est h: 5°. 56', præsentibus & juvantibus Amicis hujus negotii non ignaris, qvinqvies per radium 10 pedes Romanos longum, strictiq foraminis dioptra ad oculum munitum, observabatur, à præcedente caudæ ♉, in antecedentia refractè 17°. 17'. qvi erant vere 17°. 18' distare, eratq; in exactissima linea duarum in præcedente cornu ♉; id qvod singulos norma observatoria nos docuit: (altera die Cœlum turbabatur, fueruntq sequentes 6. pluviosi nebulosi, turbidi, qvibus nec ♃, nec reliqva sidera apparebant) fuit igitur ♃ in 29°. 25½ ♉. *Experiemur qvoq; fidem hujus correctionis breviter.* ☉ *ad istud temporis momentum obtinebat Longitudinem ab æqvinoctio Sig.* 7. *gr.* 5. 25'. 39''. *In Jove Tempus ab aphelio ad æqvipollentiam Rudolphinar: est ann.* 4, *dies* 77. *hor.* 22. 51'. *Longitudo aphelii, juxta eandem æqvipollentiam Sig.* 6. 7°. 14'. 39''. *Huic adde* 45', *fit locus aphelii correctus, Sig.* 6. 7°. 59'. 39''. *Tempori ab aphelio subtrahe dies* 8. *hor.* 5. *fit tempus correctum ann.* 4. *dies* 69 *hor.* 17. 51'. *Hoc è Secundâ Tabula excerpit (correctis corrigendis) veram distantiam Jovis ab aphelio Sig.* 4. 2° 32'. 35'' *qvæ correcto loco aphelii addita, præstat longitudinem heliocentricam Sig.* 10. 10°. 32'. 14''; *ea porro à vero loco Solis subtracta, relinqvit commutationem Sign.* 8. 24°. 53'. 25''. *Tandem hæc in tertia Tabula fol.* 119 *sub vera distantia ab aphelio in fronte disposita (accedente debitâ correctione) excerpit æqvationem, sive differentiam loci ♃ Geocentrici ab heliocentrico, pro Rudolphinar: æqvipollentia* 11°. 14'. 8''. *Cum eitulo è Fronte subtrahe. Verum qvia in exqvisito Examine arguitur alicujus defectus; adeo tabellulam, & cum* 11°. *excerpo,* 6'. 36''. *cum* 14'. 9''. *fit summula* 6'. 45. *subtrahenda ab æqvatione jam repertâ, & remanet vera & correcta æqvatio* 11°. 7'. 27''. *hi subtracti loco ♃ heliocentrico, reliqvuunt locum ♃ geocentricum qvæsitum, Sig.* 9. 29°. 24'. 51'' *observationi satis propinqvam, nec integro scrupulo differentem. Longitudo qvoq; nodi Sig.* 3. 5° 27'. 38'', *subtracta à longitudine heliocentrica, reliqvum facit argumentum latitudinis Sig.* 7. 5°. 4'. 35''; *dans è qvarta Tabula latitudinem australem* 0°. 46'. *ferè, & correctione latitudinis adhibita* 0°. 46'. 41''.

Exempli Tertii loco

Addam in gratiam Astrophilorum, notabiles 2 *observationes, recentes* admodum, qvas cum Marito hic habui. 1. Anno Christi 1649. $\frac{1}{11}$ Maj: vesperè, hora 10 55', Jove non procul à nonagesimo versante, observavimq; per tubum opticum in apertura 14. scrup: capacem distantiam centrorum Jovis, borei, & stellulâ altioris, & primæ in alâ ♍ qvæ paulo major erat media capacitate instrumenti 5. 7'. nimirum 8 scrupulorum primorum, eratq; simul centrum ejus parum à perpendiculo stellulæ versus occasum remotum, spacio latitudinis proprij discelli, id est unico circiter min primo; (vel, ut significantius dicam, longitudo fixæ superabat uno minuto primo, longitudinem Jovis:) & latitudine septentrionali superabatur. Atq; hæc circa primam observationem scru-

pulosè & circumstantialiter animadversa sunt. Deinde sub initium operarum Typographicarum $\frac{9.\ \text{Junii}}{30\ \text{May.}}$ vespere hora 9, ♃ longitudine stellulam dictam nondum assecutus erat, distantibus centris minus qvidem duobus scrupulis, plus tamen 1½. scrupulis; eratq; paululum borealior stellulâ: seqvente die $\frac{10.\ \text{Jun.}}{31\ \text{May}}$, circa eandem horam, Jupiter stellulam jam superaverat, distantibus centris uno minuto: è qvo colligebatur, qvod circa meridiem ejus diei fuerint secundum longitudinem conjuncti, & qvod Jupiter australi suo margine stellulam attigerit; & sic Latitudinem boream latitudine stellulæ habuerit medio scrupulo majorem. Hæc duo observata, qvæ Artificibus (ut pote fide dignissima, & circumspectissimè accepta, de meliori nota commendo, non tantum necessitatem alicujus correctionis Rudolphinar: arguunt, mensuramq; correctionis comprobant: sed etiam ipsius Fixæ locum ad majorem præcisionem adducent. Anno 1629 cœpit Maritus adhuc cœlebs & huic studio intensior, fixas diligentius inter sese, qvandocunq occasio tulit, animi solummodo gratiâ conferre, invenitq; nonnullarum in catalogo longitudinem (interdum & latitudinem) ad minima præcisam non esse: (ut in humero dextro, & in brachio d. Erichthonii, in pede præcedentis Horum, cuilibet sensato Artifici videre est.) Inter illas in hujo Fixæ longitudine desiderari 2½. scrup: Latitudinem v. scrupulo abundare: & potuisset in hac Consignatione ita exhiberi. sed ipse nodum in scirpo qværere noluit; propterea addidit stellulæ unicum scrupulum, ut sit in 29°. 17′ ♍ pro qvo Catalogus 29°. 16 ♍ habet: latitudinem vero reliqvit intactam. Sed hæc duo observata, ubi Jupiter retrogradus prima vice uno scrupulo a Stellulæ longitudine defecit; altera vicè uno scrupulo eandem superavit; & observatæ latitudines idem prorsus evincent. Supposita enim è Catalogo Fixarum Tychonico, ad annum CHRISTI 1600 finientem, longitudine ✶llulæ 29° 16′. ♍, cum latitud: bor: 1°. 25′: Motus v. ad Tempus observationis propositum est 41′. 6″, addenda, ut ita locus stellæ juxta Tychonem fuerit in 29° 57′ ♍ Et consequenter ♃ in prima observatione obtinuerit 29°. 56′ ♍, in ultima v. 29.58′. ♍. *Ad priorem igitur observationem, calculus Rudolphinarum (cujus qvidem fundamentalis & demonstrativa ratio per se rectissimè se habet, modo omnia data & elementa fuerint justa & præcisa) dat locum ♃ vi 29°. 46′ ♍, ut defectus earundum in hoc situ sit 10′. Ad secundam s. ultimam etiam ei totidem gradus & scrupula tribuit, cui si addantur 10 Scrup. defectus Rudolphinar: à Cœlo, in hoc Eccentrici loco; fiunt iterum 29°. 56′. sed debebant esse 29°. 58′ ♍: desunt igitur scrupula duo, qvibus stellula deficit à genuino loco; qvibus additis ad 29°. 57′ fiunt 29°. 59′, verior fixæ locus, Hoc enim supposito, fit in prima observatione locus Jovis 29°. 58′, & defectus Rudolphin: 12′, v. accuratiùs computando 12½; qvibus additis ad secundi observati locum computatum, fiunt 29°. 59′. ferè; correctio enim etiam paululum augetur: ita propinqvius Cœlo convenit cum hac deductione scrupulosiori. Latitudinis qvoq; ratione, in prima observatione retenta stellæ latitudine 1°. 25′, & additis 8′, fieret latitudo Jovis septent· 1° 33′ borea; Rudolphinæ 1°. 30½, concedunt, ut defectus sit 2½. Si vero ratione supra ostensâ, latitudo parte sui sexagesimâ augeatur, fit 1°. 32′, & remanet stellulæ latitudo 1°. 24′, ut hisce evictis in Catalogo Fixarum, ad annum 1600 finientem, ita scribendum sit: præcedens 4 in sinistra alà ♍ 29. 18. lat. 1°. 24′ bor.* Verum qvæ hactenus dicta sunt, nemo qvæso contra meam mentem arripiat, acsi svaderem è calculo Planetarum qvalicunq;, loca Fixarum in Catalogo alterare; qvod sane nihil aliud esset; qvàm Regulam ad lapidem, non lapidem ad Regulam accommodasse: sed solummodo ut ostenderem, in ejusmodi arctis, & Fixam proximè circumstantibus conjunctionibus, accuratissimè observatis, si aliàs fundamenta demonstrationis & elementa s. ingredientia rite se habuerint, ei locum esse; qvantum invicta demonstratio concedit. *Sed probabimus etiam correctionem Jovis in hac ultima observatione, qvando nimirum circa meridiem Jupiter stellulæ conjunctus fuit; videbimus in qvantum conveniat cum Cœlo: in qvantum discrepet? ☉ ad meridiem ejus diei invenitur è sua Tabula, obtinuisse Sign. 2. 19°. 44′ 38″, In Jove Temp. ab aphel: è Tab: prima f. 107. eruitur an: ♊. dies 355. 5′. 54″, majus integra Restitutione ad aphelium; qvâ subtractâ, (ut supra præceptũ jussit) à Tempore excerpto, remanent ann: 0. dies 37. hor. 18, 52′, Tempus ab aphelio pro Rudolphinar: æqvipollentia. Datur & Longitudo Aphelii Sig. 6. 7° 30′ 5″; utrumq; jubet præceptum corrigere, qvo facto, provenit Tempus ab aphelio correctum an. 0. dies 29. hor. 13, 52′; Et locus Aphelii correctus Sig. 6. 8°. 15′ 5″. Cum his è secunda Tabula excerpitur vera Distantia ab Aphelio Sig. 0. 2°. 14′. 1″, qvæ addita ad Locum Aphelii, dat veram Longitudinem ♃ heliocentricam Sig. 6. 10°. 29′ 6″. Adscito loco Solis, fit commutatio S. 8. 9° 15′. 32 excerpens è prima tertiæ Tab. columna fol. 115 Æqvationem (per Tabulam D. correctam;) 10°. 35′. 23″, qvam præceptum ex parva Tabellula, supra adjuncta, jubet subtractione 6′, 21″. corrigere; & fit illa correcta, 10°. 29′. 2″, subtrahenda à Longitudine heliocentrica, ut relinqvatur locus ♃ Geocentricus qvæsitus Sig 6 0°. 0′. 4″, solo Scrupulo correctam stellulæ Longitudinem superans; cum Latitudine Borea 1°. 24′. 6″. superante stellæ Latitudinem correctam 6″; ut in Latitudine sit defectus 24″. ♃ enim Borealior erat stellulâ medio circiter minuto: nec est, ut qvis putet, calculum hujus observati reducendum esse ad ipsum scrupulum secundum (qvod qvidem in hoc & aliis, ad destinatum effectum selectis, factu foret facillimum) verum id qvi fererit, aberrabit in aliis 5. v 6. scrupulis. Atq; hic est in motu Jovis Tabulæ Rudolphinas corrigendi modus, & observatis summa industriâ, & circumspectione cœlitus acqvisitis, ad summum 1½ scrupuli differentiolâ ubiq; respondens. Nec dubium est, aliorum observationes, modo legitimæ sint, instrumentis sufficientibus, circumspectè captæ, neq; ad aliqvem propositum effectum è calculo fictæ, cum hac correctione propinq; coincidere. Id qvod plurimis exemplis palam facere possem, nisi me suscepti operis indoles admoneret, ut manum de Tabula tollerem. Unicum tamen adhuc addam Experimentum; scilicet*

conjunctus fuit; videbimus in qvantum conveniat cum Cœlo: in qvantum discrepet? ☉ ad meridiem ejus diei invenitur è sua Tabula, obtinuisse Sign. 2. 19°. 44′ 38″, In Jove Temp. ab aphel: è Tab: prima f. 107. eruitur an: ♊. dies 355. 5′. 54″, majus integra Restitutione ad aphelium; qvâ subtractâ, (ut supra præceptũ jussit) à Tempore excerpto, remanent ann: 0. dies 37. hor. 18, 52′, Tempus ab aphelio pro Rudolphinar: æqvipollentia. Datur & Longitudo Aphelii Sig. 6. 7° 30′ 5″; utrumq; jubet præceptum corrigere, qvo facto, provenit Tempus ab aphelio correctum an. 0. dies 29. hor. 13, 52′; Et locus Aphelii correctus Sig. 6. 8°. 15′ 5″. Cum his è secunda Tabula excerpitur vera Distantia ab Aphelio Sig. 0. 2°. 14′. 1″, qvæ addita ad Locum Aphelii, dat veram Longitudinem ♃ heliocentricam Sig. 6. 10°. 29′ 6″. Adscito loco Solis, fit commutatio S. 8. 9° 15′. 32 excerpens è prima tertiæ Tab. columna fol. 115 Æqvationem (per Tabulam D. correctam;) 10°. 35′. 23″, qvam præceptum ex parva Tabellula, supra adjuncta, jubet subtractione 6′, 21″. corrigere; & fit illa correcta, 10°. 29′. 2″, subtrahenda à Longitudine heliocentrica, ut relinqvatur locus ♃ Geocentricus qvæsitus Sig 6 0°. 0′. 4″, solo Scrupulo correctam stellulæ Longitudinem superans; cum Latitudine Borea 1°. 24′. 6″. superante stellæ Latitudinem correctam 6″; ut in Latitudine sit defectus 24″. ♃ enim Borealior erat stellulâ medio circiter minuto: nec est, ut qvis putet, calculum hujus observati reducendum esse ad ipsum scrupulum secundum (qvod qvidem in hoc & aliis, ad destinatum effectum selectis, factu foret facillimum) verum id qvi fererit, aberrabit in aliis 5. v 6. scrupulis. Atq; hic est in motu Jovis Tabulæ Rudolphinas corrigendi modus, & observatis summa industriâ, & circumspectione cœlitus acqvisitis, ad summum 1½ scrupuli differentiolâ ubiq; respondens. Nec dubium est, aliorum observationes, modo legitimæ sint, instrumentis sufficientibus, circumspectè captæ, neq; ad aliqvem propositum effectum è calculo fictæ, cum hac correctione propinq; coincidere. Id qvod plurimis exemplis palam facere possem, nisi me suscepti operis indoles admoneret, ut manum de Tabula tollerem. Unicum tamen adhuc addam Experimentum; scilicet

Typus operationis.

Anno CHRISTI	Tempus ab aphel. ann. dies hor. /	Locus aphelii Sig. gr. /. //	Locus ☉ Sig. gr. /. //	Sign. gr. /. //	
1649.	♊. 205. 5. 54	6. 7. 29. 46	3. 5. 28. 46	2. 19. 44. 38	*Locus Solis*
Maj. simpl.	0. 120. 0. 0	15	1	6. 10. 29. 6.	*L. helioc. ♃*
dies 30 compl.	30. 0. 0	4	0	8. 9. 15. 32	*Commutat:*
T. majus Restit.	♊. 355. 5. 54	6. 7. 30. 5	3. 5. 28. 47	8. 5. 0. 0	*proximè min.*
Restitutio subtr.	♊. 317. ♊. 2	corr: add. 45. 0	6. 10. 29. 6	0. 4. 15. 32	*differ. mar.*
Tempus ab aph.	0. 37. 18. 52	6. 8. 15. 5	3. 5. 0. 19		
pro correctione Subtr.	8. 5. 0		Argumentum latitud. dans latitudinem boream	ergo	
T. ab ap: corr.	0. 29. 13. 52			gr. /. //	/. //
T. è Tabula	0. 24. 0. 0	0. 1. 48. 48	1°. 22′. 43″	1° 3. 2	3. 2
dies 5	13. 52	22. 40	Latit. corr.	*pro* 2° 2. 49	2. 49
diur. 4 32	horar. ♊	2. 33	♊. 24. 6	*gradu* 3° 2. 36	2. 36
0. /. ///	/. //. ///	0. 2. 14. 1	*vera dist. ab aph:*	4° 2. 23	2. 23
2:40	9. 34	6. 10. 29. 6	*Long. heliocent.*	5° 2. 10	*p.* 15′. 0. 33
0. 20	2. 23.	10. 29. 2	*æqvat. correct.*		*facit addena.* ♊. 23
0. 22. 40	2. 32. 32	6. 0. 0. 4	*L. ♃ Geocent. qvæsitus.*		

• Sub veræ Distantiæ ab Aphelio Sig. ogr. 0. ad Commutationem Sig. 8, gr. 5. excerpitur Æqvatio gr. 10. 44. min. dupliciter corrigenda respectu frontis (qvia hic seqventis columnæ idem est numerus) ita permanet: Marginis vero respectu pro gr. 4. 15′. 32. sec. corrigenda; & qvidem accuratè (per Tabulam D) est v. inter seqventis lineæ numerum differentia 13 min: cujus ½ seu portio mediocris, uni gradui competens, min. 2. sec. 36. Ad commut: verò Sig 8. gr. 5, in secunda columna qvæ ♃ dicata est extrahuntur sec. 13 qvibus portiones inter se differunt; erunt igitur, ut supra in Typo ostensum est. 11. min. 23. secunda.

observationem Mæstlini, qui anno 1591. 19.v.9. Januarii manè circa horam 4m observavit Jovem à ♂te eclipsatum (ne qvis forte putet, correctionem ad Mariti & meas, observationes proprias esse detortam; in aliorum autem observatis aberrari) videndum est qvomodo in hoc observato conveniat calculus cum cœlo? MARTIS locum sequente capite mox adducam. JOVIS vero locus (correctis corrigendis) invenitur (id qvod Lector subducto calculo probare potest) Sig. 7. 15°. 2'. 35'' cum latitudine Borea 1°. 7'. 6''. Rudolphinæ & meæ Tabulæ non correctæ, dant Longitudinem ♃ Sig. 7. 15°. 2'. 0''. solis, in hoc casu 35'', à correctione differentem; Latitudinem v. 1°. 6'. 35'', medio scrupulo qvoq; in Latitudine deficientes. Propterea non miretur Lector Kepplerum, qvi procul dubio & hoc observatum in extruenda Theoriâ JOVIS adhibuit; videntem etiam in eo, tantam propinqvitatem, Elementa vitiosa neqve animadvertere, neq; corrigere potuisse.

CAPUT XV.

DE MARTE IN SPECIE.

Hic est illud igneum Sidus, cujus motum, non soli veteres inobservabilem dixerunt, (vide Plin: Lib. 2. cap. 17.) sed etiam inter recentiores Mœsthlinus, insignis & optimè de Arte meritus Astronomus in præfatione Ephemerid: 1577 testatur, hujus à calculo (puta formæ & hypothesis vulgaris & antiqvis usitatæ) errores intra duorum graduum angustias cogi non posse. Et Experientiæ semper consonum fuit, ita ut anno 1625 in Autumno differentia calculi à Cœlo ad 3, 4, & ferè 5 gradus excresceret. Causa fuit 1. ignorantia VERI CENTRI MOTUS, qvod Antecessores fatuum qvoddam omniq; motoriâ vi cassum, (Centrum Orbis Magni vocabant) punctum statuebant. 2do ignorantia CAUSARUM MOTUS, qvam in Epicyclorum centrorum circulatione ponebant. 3tio ignorantia VERI ITINERIS PLANETARII sive figuræ orbitæ, qvam tot centrorum, in circulis sibi invicem subordinatis, circuitibus, faciebant buccosam, ipsaq; intervalla inde vitiosa. 4to ignorantia VERÆ COMMUTATIONIS, qvam consequitur omnium in ultimo △lo angulorum depravatio. Primus Kepplerus fuit, cui aditus ad observationes Braheanas liberè patebat, qvi easdem diligenter disqvirendo exquisit: & invicto demonstrationum robori nixus, invenit. 1. Verum & genuinum Mundi mobilis centrum, scilicet Solem ipsum, non aliqvod, in vicinia ejus, fatuum punctum. 2do veram motus causam, scilicet motum Solis circa propriam axem turbinativum, qvi fibris motoriis per speciem emissis, corpora Planetarum, circa se dispositа in gyrum torqvet. 3tio genuinam Orbitæ figuram, scilicet Ellipticam; qvam Planeta in primo & tertio ab aphelio qvadrante ad mensuram mediæ Eccentricitatis, in proportione sinuum versorum: in secundo & qvarto verò, sinuum rectorum, sese librando, Solem appetens, & fugiens, describit: hincq; vera & genuina intervalla tam Planetæ, qvam Terræ à Sole. 4to Veram commutationem; non ex aliqvo ficto sed apparente, veroqve Solis loco, ad Planetæ locum collato, emergentem. Hincq; trianguli ultimi vera & demonstrativa didomena: qvibus concessis, vi demonstrationis necessariæ, infertur vera MOTUUM mensura. Sub hoc jam Magistro, ♂ non tantum Cœlo consentaneum calculum pro se nactus est; sed etiam ostendit, qvomodo bisectâ Solis eccentricitate, (sine qva nullius Planetæ motus Cœlo per omnia congruens computari potest) cognitâ, tota Astronomia ab inutili fictitiorum circulorum farragine monstrosâ, ad causas naturales, & calculum demonstrativum, & indubium, transferretur. Ita ut igneum hoc, & excessivum Sidus, qvod in naturalibus, qvæ illi adscribuntur effectibus Astrologicis, legibus contrariâ severitate, crudelitate ferro & flammis grassante, absumtis, & malè profusis omnibus necessariis, tandem ex accidente causa fit PACIS, seu Tranqvillitatis publicæ; in qvâ iterum justitia, & qvæ eam sequuntur commoda, vigent & florent: in constituenda qvoq; perfectione ARTIS, excessibus suis, tenorem &, normam

normam vulgarium legum Astronomicarum planè respuentibus, effecit ut, & sibi, & reliqvis omnibus, ea sanctionum forma præscriberetur, qvam, non nisi minutulè exorbitando, transgredi possunt. Observationes porrò fide dignæ creberrimè, & circumspectissimè à Marito & me, ad ipsum habitæ, ostendunt, in Elementis Rudolphinarum, in nostro, & propinqvis Seculis, minimum qvid mutandum esse, ad Secula v. dudum exacta, & è longinqvo futura, medium motum longitudinis aliqva correctione indigere, qvam etiam non invita addidissem, nisi concussum nobis fuisset, hac Tabularum editione, solas Saturni, & Jovis correctiones, speciminis loco, cum doctis Europæ Artificibus communicare; ut ostenso nostro Exemplo, vel ipsimet reliqvorum correctioni manum admoverent, v. Mariti observandissimi correctiones, si olim forte prodierint, dignè æstimare discerent. Calculus porro ♂tis, sicut reliqvorum omnium, 4 Tabularum à fol: 133 in fol: 158 contentarum, beneficio absolvitur; eodem prorsus modo, qvo aliorum; hoc unico solum bene tenendo; in Tertiâ Tabulâ, dum æqvatio s. differentia loci ♂tis geocentrici ab heliocentrico inqviritur, in inqvisitione partis proportionalis, è differentia interlineari ad gradus commutationis intercepta, s. differentiam marginis consultius esse, ob notabiliter inæqvales à se invicem interlineares differentias, in operatione Tabulam D usurpare: præsertim in computo Ephemeridum, & fundamentalium observationum disqvisitione: hac enim ratione calculus ex his Tabulis ritè peractus parum aut nihil ab exactissimo △lorum ratiocinio abludet. Exemplum unicum sufficiet. *Sit inqvirenda longitudo, & latitudo ♂: ad annum CHRISTI 1591. 9/19 Januarii, horam matutinam qvartam, qvando Mæstlinus ipsum vidit Jovis Sidus obtegentem.*

Typus operationis.

Hic annus, qvia non incidit in nostrum seculum, itaq; eligendo est annus seculariter symboliz.atus 1691, beneficio Reductionis Secularis 100. annis competentis, reducendo ad Tempus propositum, ut apparet in adscripto Typo, in qvo peractis ritè omnibus, ad Temporis propositi momentū, invenitur

Anno CHRISTI	Temp. ab aph. anni dies. hor. ′	Locus aphelii. Sig. gr. ′. ″	Locus ☌☌ ♂ Sig. gr. ′ ″
1691	0. 198. 2. 41	5. 0. 40. 19	1. 17. 44. 9
Reduct: 100 subtr.	0. 114. 3. 17	subtr. 1. 51. 35	subt. 1. 6. 15
1591	0. 83. 23. 24	4. 28. 48. 44	1. 16 37. 54
Jan. simpl.	0. 0. 0. 0	0. 0. 0. 0	0. 0. 0. 0
completi. dies 7	7. 0. 0	1	1
complet. hor. 16	16. 0	0	0
T. ab aph:	0. 91. 15. 24	4. 28. 48. 45	1. 16. 37. 55
T. invent. differ:	0. 90 0. 0	dist.v. 1. 9. 57. 55	6. 9. 31. 37
	1. 15. 24	27.30	4. 22. 53. 42
	1. 0. 0	17.27	*dans Lat. bor.*
rest.	15. 24	1. 10. 42. 52	1°. 7′. 29″
horar.	1. 8	6. 9. 31. 37	*longit. Helioc.*

			3. 12
		2. 0.	
		0. 24.	
		0 15	
		0 17. 27. 12	

	longit. ☉, *Sig.*	9. 28°. 42′. 42″	
	locus helioc. subtr.	6. 9. 31. 37	
	commut.	3. 19. 11. 5	
	longit. helioc.	6. 9. 31. 37	
	æqvat. add.	1. 5. 31. 12	
	♂ *Verus l. Geoc.*	7. 15. 2. 49	

Sig. gr.
1. 10. v. d ab aph

com. 8. 3. 15°.	34°. 43′. 0″		
add:	1. 31		
	34. 44. 31		
add,	46. 37		
æq. cor	35. 31. 12		

diff. col. inc. 31′.

diff. 40′	1′. 28″	
fron. 3′	2	
tis	1. 35	

differ. linear inc. 55 min. cujus una qvinta est 11′
ergo pro gradu

1°	11′. 44″	
2°	11. 22	
3°	11. 0	22
4°	10. 38	
5°	10. 16	

differ. marg. 4. gr. 11′	pro 4 primis gr.	11,	44
		44′. 44″.	11. 22
			11. 0
	pro 11. scr. 1.	53. 10.	38
		1. 46. 37.	44. 44

Tempus

pus ab aphelio an: ☉, dies 91, h. 15. 24'. Locus aphelii Sig. 4. 28° 48'. 45''; locus qvoq; ☌ 6. 16°. 37'. 54. Cum Tempore ab aphelio e secunda Tabula fol. 136. excerpitur (correctis corrigendis) vera distantia ab aphelio Sign: 1. 10°. 42'. 52''; hæc addita ad longitudinem Aphelii, dat longitudinem Martis heliocentricam, Sign. 6. 9°. 31'. 37''; qvæ à loco Solis vero Sig. 9. 28°. 42'. 42 subtracta, relinqvit commutationem Sig. 3. 19°. 11'. 5''. Cum hac & vera distantia ab aphelio, è tertia Tabula fol: 140, excerpo (correctis corrigendis) 35°. 31'. 12'', cum titulo è Fronte Adde. Ergo hi numeri additi ad longitudinem heliocentricam, dant verum locum ♂ Sig. 7. 15°. 2'. 49''. Longitudo qvoq; ☌, sublata à Longitudine heliocentrica, relinqvit Argumentum Latitudinis Sign. 4. 22°. 58' 42'', cum qvo, & Commutatione è qvarta Tabula fol: 157 acqviro latitudinem 1°. 7'. 29'' Boream. Sed Jovis è precedente capite Longitudo invenitur Sign. 7. 15°. 2'. 35'', cum latitudine Borea 1°. 7'. 6'', ita ut differentia sit paucorum secundorum. Id qvod ♃is correctionem, & Martis veram Theoriam plurimùm commendat. Aliarum Tabularum calculũ non adducam, excepto Lansbergianarum, qvæ ut in plerisq; aliis; ita & hic valdè aberrant, tribuentes ad hoc Temporis momentum Jovi 14°. 41½'. ♏, cum Latitudine borea 1°. 6'. 44'', Marti v. 14°. 26¾', cum latitudine 1°. 10'. 18'', ut differentia longitudinis sit 15⅔'. latitudinis 3'. 34'', & proinde centrorum distantia 16⅓'; in Tempore plusqvam 15 horas deficit, & ob nimiam latitudinem, eclipsationem non assequitur. Qvid v. ille ad hoc? Facit pro more, in hoc passu, consveto. Cum enim ei propositum sit, calculum suum, ut cœlo prorsus consentientem, Mundo obtrudere, aliorum v. laborem è manibus omnium excutere, qvod ut obtinere possit, adducit observationes, fortuitò cum suo calculo utcunq; coincidentes; soletq; in his, in Tempore qvidem tot dies, horas, scrupula; in motibus, tot gradus, & scrupula, qvot destinato effectui necessaria videt, pro lubitu addere, aut demere: & si hæc non sufficiant; Autores aut ignorantiæ, aut falsi insimulare. Hîc eadem agitur Comœdia. Nam primò diem integrum aufert; deinde in constituendo loco Apogæi Jovis, solidos decem gradus subtraxit, pro 3. Sexag: 2°. 53'. 55'', scribens 2. Sexag. 52°. 58'. 55'' qvo qvidem artificio, in prostaphæresi subtractoria, 42 solida min; prima lucratus est, qvibꝰ ♃em ♂ti insequenti obviam retraxit: & ita per reliqvorum omnia ferè numerorum data, corrumpendo, mutavit: tandem concludit, calculum cum observatione accuratè & omnibus modis consentire. Cum tamen ad istud tantum Tempus, ipsæ Lansbergianæ Tabulæ fideliter, & sine fraude usurpatæ, Jovi qvidem 14°. 35'. 51'' ♏, Martivero 13°. 57'. 16''. ♏ tribuant, manente differentiâ 38'. 35''. Tandem addit Keplerum qvidem scribere, hanc conjunctionum factam fuisse die nono; verum calculum Astronomicum (ita vocat hanc astutam alieni Temporis ac motuum in calculo substitutionem) evincere, fuisse diem 8vum. Qvasi Kepplerus & Mœstlinus nescivisent diem mensis, aut malitioſè alium diem substituissent. Eqvibus artificiis cordatus Lector perspicere poterit, unde in dictis Tabulis ille tantopere jactatus cum cœlo dependeat consensus, & qvantum ipsi fidendum? Hæc v. non rixandi animo, aut temerè litigandi studio, qvorum utrumq; â meo sexu, & ingenuitate, longè est alienissimum; sed jussu, & dictatu Mariti, atq; inevitabili necessitate coacta scribo. Cum enim præfatus Autor hoc sibi propositum habeat, ut captatis passim voculis, & iis, qvæ qvâcunq; ratione, verisimilitudinem causæ suæ conciliare possunt, variis technis, & artificiis tali Viro prorsus indignis, Astronomiæ Braheano fundamento innixæ, qvales etiam hæmeæ sunt Tabulæ, compagem ex imis suis sedibus convellat, & Lectoribus suspectam reddat, aq; inde verendum sit, nè Astrophili minus exercitati, & judicii nondum confirmati, retracti â Veritatis tramite, in avia errorum præcipitia adducantur, Artemq; veram, dum de veris ejus principiis dubitare docentur, è toto perdant, atq; ammittant. Hæc causa est, qvæ jussit horum sacrorum confinia parum confidentius aperire, & intùs latitantia mysteria paululum perscrutari. Tantum de Marte.

CAPUT

CAPUT XVI.

DE STELLA VENERIS IN SPECIE.

Est etiam *hæc una ex illis, qvæ artem Astronomicam valde promoverunt; omnia ad exactiora revocaverunt, cognationem hac in parte cum Marte habens. Sicut enim hic exorbitantiis suis excessivis leges veterum respuentibus, Artifices tandem eò deduxit, & qvasi cõegit, ut de remediis cogitarent, qvibus ejus motum, in ordinem redigerent; ita qvoq; illa, diurnâ sua, qvam interdum cum Luna communem habet, apparentia, Astronomis adjumento fuit, in Fixarum veriori & ordinatiori quoad longum & latum collocatione. Calculum ejus qvod in his Tabulis concernit, absolvitur & ille 4 ut reliqvorum omnium, Tabulis, à fol. 159 usq; in fol. 184 contentis. In Tabula ejus secunda hoc observandum est, propter parvam, quam habet Eccentricitatem, diurnos circa aphelium, ab iis qui circa perihelium inveniuntur, non multum invicem differre, & ista Antiqvis Astronomis causa fuit, ut crederent, Planetas reliquos in Epicyclis suis, motu medio, & sibi invicem semper æqvali; non autem vero & inæqvali moveri; ipsos quoque epicyclos nullam habere Eccentricitatem: sed circulum esse perfectum concentricum. Hinc omnis error, imperfectio Artis, & farrago

IN SOLE Typus operationis.

Anno CHRISTI	Tempus ab apog Dies hor. ′ ″	Locus apogæi Sig. gr. ′ ″
1674	197. 1. 56. 8	3. 6. 59. 6
Red. 100	add. 0. 23. 17. 3	50. 1. 42. 43
1574	198. 1. 13. 11	3. 5. 16. 23
Septembr.	243. 0. 0. 0	41
d. compl.	14. 0. 0. 0	2
h. compl.	16. 0. 0	
T. ab aphel.	455. 17. 13. 11	3. 5. 17. 6
rev: subtr.	365. 6. 13. 58	
Resid. v. ver.	T. 90. 10. 59. 13	
	0. 0. 0	
	10. 59. 13	
	horarius 2. 28	

gr.	′	″	‴	ⅳ
			6.	4
		27.	32	
	4.	40		
		0.	26	
	1.	58		
	0.	20		
	0.	27.	6.	4. 4

Cor ☌onis habet in CATALOGO

Anno CHRI.	Sign. gr. ′ ″
1600	4. 24. 17. 0
1674 *add.*	1. 2. 3
sept. compl.	34
dies 14. completi	2
ergo Long. Reg.	4. 25. 19. 39
Reduct 100 subt.	1. 25. 0
long. vera	4. 23. 54. 39
cum latitudine Borea	0°. 26'

IN CALCULO VENERIS Typus operat.

Tempus ab aphel. dies hor. ′ ″	Locus aphelii Sig. gr. ′ ″	Locus ☌ Sig. gr. ′ ″
179. 23. 5. 38	10. 2. 49. 19	2. 13. 57. 56
f. 123. 2. 28. 0	*subt.* 2. 10. 5	*subt.* 1. 18. 20
56. 20. 37. 38	10. 0. 39. 14	2. 12. 39. 36
18. 7. 7. 35	52	31
14. 0. 0. 0	3	2
16. 0. 0		
89. 19. 45. 13	10. 0. 40. 9	2. 12. 40. 9
89. 0. 0. 0	4. 22. 6. 8	2. 24. 6. 17
19. 45. 13	*pp.* 1. 20. 0	0. 11. 26. 8
horarius 4. 3	4. 23. 26. 8	*dans latit.*
gr. ′ ″ ‴ ⅳ	2. 24. 6. 17	*Boreã* 0°. 25'
0. 39		
2. 15		
0. 57		
0. 52		
3. 0		
1. 16		
1. 20. 0.	7. 39	

Commutatio	Vera dist. ab aphelio Sig. gr. 4. 20
Sig gr	gr. ′ ″
8. 20	39. 0. 0
Rat. fr.	add. 1. 29
	39. 1. 29
R. mar.	sub. 33. 37
æqv. c	38. 27. 52

diff fron tis	differentia col. 2. *m.* ′ ″
gr. 3	1. 32
m: 43	17
	1. 29

diff. linear. 1°. 39 min.

cujus una qvinta est 19'. 48'' ergo pro gradu marginis	1°	19. 22
	2°	19. 35
	3°	19. 48
	4°	20. 1
	5°	20. 14

subtr. / *adde*

Sig. gr. ′ ″

locus Heliocent.	2 24. 6. 17
locus Solis	6. 2. 22. 49
Commutatio	8. 21. 43. 28
æquatio subtr:	1. 8. 27. 52
long. ♀ Geocentr.	4. 23. 54. 57

differentia marginis 1°. 43'. 30'' sumit pro primo gradu 19'. 22'', pro 43'. 30'' è secunda portione 14. min. 15 sec. addita fiunt 33. min. 37 sec. subtrahenda.

Verus nempe loco ☉is. In signis denominativis 2°. 22'. 49'' ♎

In adjuncto igitur Typo, dat calculus Regulo seu cordi Leonis Longitudinem 4 sig. 23°. 54 m. 39 sec. cum latitudine borea 0 gr. 26 m. ♀eri v. 4. sig. 23°. 55 m. 0 sec., cum latitud: 0 gr. 25 min., parvâ differentia intercedente, ita ut in hoc Exemplo calculus cum cœlo satis conveniat.

farrago monstrosarum suppositionum. In tertia Tabula hoc notandum est, siqvidem in area lineares differentiæ ad qvinorum graduum, in margine positorum saltum, perpetuo sibi æqvalem, inter se invicem valdè inæqvales sunt: propterea in investigatione partis proportionalis expedire, ut juxta Tabulam D. (sicut etiam de Marte, præcedente capite monui,) pars proportionalis inqviratur: præsertim ubi vel Ephemerides scribendæ; vel observationes fundamentales disqviruntur. Qvi hoc fecerit experietur meram, & exactissimam harum Tabularum cum Rudolphinis æqvipollentiam. Si qværat Lector, utrum nihil in eis emendandum restet? Hoc responsi loco habeat: perinde cum Venere, ac cum Jove comparatum esse, ut unum & alterum Elementum Theoriam ejus ingrediens, vitium, per se effectus parvi, & facilè dissimulandi patiatur; qvod, nisi in iis locis, ubi mutua illa ab invicem vitiorum expunctio cessat: sed omnia qvasi in unum coagmentantur, vix agnosci possit: ac propterea Artificibus vitio non esse vertendum, si ad opportunos dies observatis fide dignis destituti, circa minutula aberraverint. Maxima vero, & rarò contingens Rudolphinarum à Cœlo, (id qvod maritum diligentissima omnium, qvotqvot ipse habuit, & acqvirere potuit fide dignorum observatorum, circùmspectissimè facta collatio docuit,) discrepantia $\frac{1}{4}$ gradus nullibi excedit. Correxit qvidem Maritus illa ingredientia, & ad possibilem propinqvitatem calculum adduxit; sed ob causas supradictas, hæc adhuc publicare noluit, præsertim in his Tabulis, qvæ compendium solummodo Rudolphinarum; non earundem emendationem promittunt. Pro calculi Exemplo sit Mœstlini observatio, qvando anno CHRISTI 1574 die 16 Septembris, manè horâ qvartâ, vidit fixam qvæ cor Leonis dicitur, à Venere tectam. Computamus vero ad 4tam matutinam, in meridiano Tabularum, locum Solis, Veneris, & stellæ fixæ, ut supra.

Aliud Exemplum computet sibi Lector *ad annum CHRISTI 1607, 4 April. styl. vet. horam 8½, eo Temporis momento, Hafniæ Longimontanus observavit, Veneris & Mercurii distantiam 2°. 24'; addens; Longitudinis differentiam æqvalem ferè fuisse differentiæ latitudinum; ut ita ☿ longitudine Venerem superaverit (prout supra cap. II. indicavi) 1 gr. 42', & tanta utriusq; latitudinis differentia necessariò fuerit. Iuveniet longitudinem ♀ 18°. 4', cum latitudine Australi 0°. 8'.*

Mercurii vero longitudinem sqvente capite investigamus, apparebit enim qvanta præ aliis, sit Rudolphinarum, utpote vero & immoto fundamento innixarum, bonitas, & demonstratio.

CAPUT XVII.

DE MERCURIO IN SPECIE.

Qvod de Martis motibus Veteres & Recentiores Astronomi ante Kepplerum conqvesti sunt; idem adhuc magis de Mercurio, qvem inobservabilem & versatilem semper dixerunt. Ejus rei causa non fuit qværenda in aliqva Mercurii versutiâ, sive anomalia: sed in ipsis Astronomis; qvi veras causas, & formam motuum ignorantes, fictis omnia supponebant, & tamen, qvæficti natura est, ut fictam qvoq; certitudinem pariat, à Cœlo semper aberrabant, & adhuc suis istis principiis utentes, aberrant. Kepplerus vero qvi motus Mercurii non ad aliqvod Soli vicinum punctum fatuum: sed ad ipsum ejus Centrum referens, orbitamq; Mercurii non concentricam, qvod supponunt cæteri Astronomi; sed Eccentricam, tantæ Eccentricitatis, qvæ bisecta se habet ad radium orbitæ, sicut 21002 ad 100000, vel in terminis minoribus, sicut 21 ad 100, ita, ut differentia prosthaphæretica maxima 24 gr. excedat, constituit. Atqs ea est causa, qvod non solum vera hujus Planetæ intervalla à Sole, ita perpetuò variantur, & diurni Heliocentrici (id qvod fol. 189 exprimo, ubi Lector videre potest, diurnum circa Aphelium esse solummodo 2° 43'. 58": sed in Perihelio, 6°. 14'. 17", singulis diebus demonstrative crescendo, & decrescendo) tanta varietate vulgares Hypotheses irritas planè reddunt: sed etiam Solis Eccentricitatis bisectio necessariò inde demonstrativè concluса sit.

Ipsa

Ipsa porrò Rudolphinarum formâ, omnibus hactenus, qvotqvot haberi potuerunt, observatis fide dignis, neqve ut interdum à qvibusdam fieri solet, è calculo fictis; propinq; satis convenit; qvamvis in didomenis aliqvid pro majore accuratione restet limandum; è pluribus igitur observatis duo nostri temporis adducam, & qvæ circa ea monitu necessaria sunt, monebo. Prima observatio sit Longomontani, cujus in præcedente capite mentionem feci: qvando 1607 14 April. styl. vet. hora à meridie 8½ Hafniæ, distantia centrorum ♀ & ☿ii inveniebatur 2. gr. 24' ab invicem remotorum. *Verus locus Solis 1 sig. 4 gr. 10'. 24''. ☿ ex adscripto Typo dat Longitudinem Heliocentricam 3. Sign. 18°. 29'. 4''. è qva sublata vera longitudo Solis, relinqvit commutationem 2 sig. 34°. 18'. 40''. Vera qvoq; distantia ejus ab aphelio inventa est; 7 Sign. 5°. 28'. 17''. Hæc cum data commutatione fol. 198, (correctis corrigendis) excerpit æqvationem sive differentiam, qvâ locus Mercurii Geocentricus differt, à vero loco Solis 15°. 34'. 25'', cum titulo Frontis add. Additâ igitur æqvatione ad longitudinem Solis, fit 1. Sign. 19°. 44': 49'' vera longitud. Mercurii Geocentrica; vel Signis denominativis 19°. 45' ♉. Datur etiam Argumentum Latitudinis, sive distantia loci Heliocentrici Mercurii à loco Nodi sui Borei 2 Sign. 5°. 54'. 47''. Hæc cum notâ commutatione, fol. 206 (correctis corrigend:) excerpit latitudinem 1 gr. 45', cum titulo è Fronte borea, è Calce Ascend: Veneris vero locus præcedente capite inveniebatur 18°. 4' ♉, cum latitudinem Australis 0 gr. 8'; ergo differentia longitudinis est 1 gr. 41', latitudinis vero 1 gr. 53', ut vera distantia centror: sit 2 gr. 31' ferè. Sed observatio habet distitisse 2° 24' ad visum; & hinc arguet non nemo Calculum erroris. Cui respondeo: satis propinq; convenire calculum cum Cœlo, ♀ enim 1 gr. 24. Mercurio humilior, 4'. 18'' plus refringebatur, qvam Mercurius; hæc differentia in longum & latum discreta, auget distantiam apparentem 5' 20'' qvæ addita ad dist: observatam, faciunt 2 gr. 29½'. ut differentia sit 1'. 40'', satis præcisè in Planetâ qvem hactenus inobservabilem fecerunt Astronomi.* Hoc observatum exceptis Rudolphinis nullæ aliæ Tabulæ exprimunt, è qvo incertitudo earundem, atq; propterea necessitas correctionis, liqvidò arguitur.

Typus operationis.

Anno CHRISTI	Temp. ab aph. dies. hor. ′ ″	Locus aphelii. Sig. gr. ′ ″	Locus ☉ Sig. gr. ′ ″
1607	34. 6. 14. 1	8. 13. 0. 17	1. 12. 33. 54
Apr. simpl.	2. 0. 43. 16	26	20
13 compl. d.	13. 0. 0. 0	4	3
hora 8	8. 0. 0	8. 13. 0. 47	1. 12. 34. 17
min. 30	30. 0		hel. 3. 18 29. 4
	49. 15. 27. 17	7. 1. 35. 26	A.L 2. 5. 54. 47
	49 0. 0. 0	3. 52. 53	dans latitud.
	15. 27. 17	7. 5. 28. 17	1°. 45' Bor. asc.
	horar. 15. 4	3. 18. 29. 4	v. disi. ☿ ab aph.
	gr. I. II. III. IV	1. 4. 10. 24	Longit. helioc.
	1. 5	2. 14. 18. 40	Locus Solis
	1. 48	ergo diff. marg. 4°. 19' ferè	Commutatio
	1. 0	diff. linear. 0. 45 incr.	
	4. 15	ex his p. ppor. 0. 38. 51'' ad.	
	6. 45	Sig. gr.	Vera dist. ab aphel.
	3. 45	7. 5. dant.	diff. Fr. 28'. 17''
	3. 12. 51 | 4. 8	gr. ′ ″	diff. col. 6' inc.
commut.	Sig. gr. 2. 10	14. 55. 0	ex h. p. p. 34'' ad.
	Sig. gr. ′ ″	R. fr. 34 add	
l. ☉is	1. 4. 10. 24	m. 38. 51 add.	
æq. add.	15 34. 25		
V. L. G.	1. 19. 44. 49	15. 34. 25 æq	

Addam & aliud notabile Exemplum, nimirum conjunctionis ☿ & ♄, Anno 1617. 26 Febr. styl. vet. hora 7 min. 26 post merid: in meridiano Lincensi observatæ. In illo qvippe momento, linea è Mercurio cornibus Lunæ parallela ducta, incidit in partem Lunæ obscuram, ita ut aliqvotam diametri partem abscinderet. (E qvibus colligitur Lunæ centro visibili aliqvot scrupula restitisse, ad visibilem ☌nem cum Mercurio:) distabat à propiori margine minus diametro Lunæ. Hoc autem Exemplum propterea adduco, qvia etiam Kepplerus in introductione Ephemerid: ad dictum annum pag. 32 & 33 illud adduxit, & errore in calculi diductione commisso (ex diurna enim superatione 14°. 11' pro 7 horis & 7 minutis vitiosè colligit 3°. 51', cum sint 4°. 12'. 20'',

differentia ab erroneo ejus, in hoc loco calculo 21′. 20″) concludit, defectum esse in fundamentis calculi Braheani ad 21′: qvo ipso magnam sibimetipsi, & calculo Braheano, fecit injuriam; ansamq; dedit cavillatoribus, voculas captantibus, ut ex hoc, proprio ejus, ut volunt, testimonio, calculum, nihil tale meritum, tanqvam erroneum publice traducerent. Ostendenda igitur fuit Lectori Astrophilo, certitudo calculi, etiam in hoc observato; & abscindenda simul cavillatoribus occasio ulteriùs Tabulas Rudolphinas vilipendendi. Experiemur vero in hoc capite solùm Mercurii calculum; Lunæ vero capiti seqventi reservabimus. *Locus observationis subjacet meridiano Lincensi; Lincium vero in Catalogo Locorum distat à meridiano Tabularum versus ortum 6′: ergo 7. hor. 26′ Lincii sint Uraniburgi 7 hor. 20′. tempus reductum; sed apparens adhuc; cumq; ☉ sit in 18½ ♓, Æqvatio Tychonica jubet addere 4′ ferè, ut sit Tempus reductum & æqvatum hor. 7, 24′, ad qvod invenitur Locus Solis Sig. 11. 18°. 30′. 9″, ☿ vero Heliocentricus ut adjunctus Typus monstrat 3 sig. 13°. 5′. 57″. ab hoc subductus locus Solis, relinqvit commutationem 3 Sig. 25°. 20′. 48″. Porrò cum hac & vera distantia ab aph. 7 sig. 0° 32′ 56″ fol. 198 excerpitur æqvatio; (corr. corrig.) 18°. 16′. 46″, qvæ titulum è fronte habet add. Addita igitur ad veram longitudinem Solis; dat verum l. ☿ii Geocentric. 0 sig. 6°. 46′. 55″ longitudo qvoq; ♈, subtracta à longitudine heliocentrica, relinqvit argumentum latitudin. sive veram distantiam heliocent. à ♈ 2 sig. 1°. 2′. 38″ Hæc una cum commutatione excerpit fol. 206 veram latit. 2°. 5′. 36″ hor. ascendentem.* Qvod vero ex Ephemeride dicta, ☿ii locus ad Tempus propositum 6°. 38′ ♈ solummodo proveniat, nemo miretur, neq; istam discrepantiolam in argumentum trahat dissensus mearum à Rudolphinis. Ephemeris n. ea, ut Keplerus aliqvoties monet, è Tabulis Rudolphinis adhuc surgentibus, (in qvibus ante editionem plurima passim immutata & transformata sunt) computata est. Hæc enim pro nostro seculo sufficiat ostendisse. Pro seculis vero jam exactis, producam omnia Antiqvorum observata ☿ii, qvæ Ptolemæus Lib. IX cap. VII & X allegat. Etsi verò cùm transcriptorũ tùm Interpretum incuriâ, dicta duo capita ita corrupta sunt, ut non solum numeri dierum 4 & 7 pro 1 ponerentur; sed etiam in secundo observato antiqvo, 30simus Phamenoth, pro 30simo mechir (differentia integri mensis) scriberetur. Qvamvis etiam Ptolemæus, qvi putavit Typum Anni Cœlestis fixi ad medium Solis motum è suo calculo retrò extensum, cum in duobus ♂ & ☿ris antiqvis observatis ipsi hoc fortuito caderet, à Dionysio alligatum fuisse; dies mensium anni Dionysiani, cum diebus mensium Ægyptiacorũ passim malè consociat: ac proinde difficillimũ fuerit aliqvid solidi ex observationibus Antiqvor: tanti momenti, tantiq; æstimii, hactenus eruere potuisse.

Maritus

Typus operationis.

	Tempus ab aphel:	Locus aphel.	Locus ♈.
	An: Christi dies hor. / ″	Sig. gr. / ″	Sig. gr. / ″
	1617 80. 11. 47. 41	8. 13. 17. 4	1. 32. 48. 6
	Febr. simpl. 31. 0. 0. 0	9	7
	d. 25. compl. 25. 0. 0. 0	7	6
	horæ 7 7. 0. 0	8. 13. 18. 1	1. 12. 48. 19
	min. 24. 24. 0		3. 13. 50. 57
	maj. Rest. 136. 19. 11. 41		2. 1. 2. 38
	Restitutio 87. 23 16. 44		dans Latit.
	T. ab aph. 48. 19. 54. 57		2°. 5′. 36″
	T. è Tabul. 48. 0. 0. 0	6. 25. 26. 54	Bor. Ascend.
	resid. 19. 54. 57	5. 6. 2	
	horar. 15. 22	7. 0. 32. 56	v. dist. ab ap.
	gr. / ″ /// /v	3. 13. 50. 57	long. Helioc.
	20. 54	11. 18. 30. 9	longit. ☉lis
	19. 48	3. 25. 20. 48	Commutatio
	6. 58		
	14. 15		
	13. 30		
	4. 45		
	5. 6. 2 ‖ 23. 54		

	Sig. gr. / ″
locus Solis,	11. 18. 30. 9
æqvat.	add. 18. 16. 46
L. Geocent.	0. ♉. 46. 55

Commutatio	V: dist. ab aph	differentiæ frontis	c. incr. 8′
	Sig: gr. 7. 0	0°. 30′	48″
	S. gr. gr. / ″	3	5
	3. 25 18. 17. 0	add: 53	
	rat. fr. add. 53	diff: lin. decr. 16	
	18. 17. 53	d. mar: 20	1. 4″
R. mar.	sub. 1. 7	1	3
æqvat:	18. 16. 46	subtr.	1. 7

Maritus tamen, in ejusmodi enodandis, felicissimus, cũ ex Antiqvorum scriptis certò sciret, Dionysium, & alios illius seculi Philosophos, non ex Tabulis mediorum motuum Solis; sed ex ipsa autopsia (mediantibus obeliscis Metonicis eorumq; ad projectam umbram mensura, & proportione) apparentem introitum Solis in alia, & alia Signa observasse; collatis omnibus observationibus, typum tandem genuinum & verum istius anni Dionysiani invenit, cumq; folio 71. cum Artificibus communicari permisit. Ad qvem Typum sex seqventia observata, qvantum observatorum mensura, qva in primo Artis rudimento usi sunt, & Transcriptor: fides in exprimendis numeris patitur, satis propinq. cum calculo convenientia. Est autem primum hoc:

Anno secundum Dionysium 23, die 20 ♒rionis, ☿ matutinus distabat à fulgentissimâ caudulæ ♉ ad septentrionem, Lunas tres. Observatio hac facta est ALEXANDRIÆ nomen ejus, qvi eam administravit, non additur à Ptolemæo. Epocha hæc Dionysiana incipit anno ante CHRISTUM 285 in ipso solstitio: datur hic 23 currens, auferigitur 22 completos ab Epocha, restat 263 ante CHRIST. in cujus solstitio annus 23simus Dionysianus incepit. Verum qvia mensis ♒onis est 8vus istius formæ, & propterea ad ultimam anni medietatem pertinet; refertur ad annum præcedentem (numeratione retrograda) scilicet, ad annum ante CHRIST. 262. *Cum 20simo ♒onis adi Typum fol. 71 & inqvire mensis ♒onis primum diem, cum qvo mense, & die, in Julianâ forma retrò extensâ, coincidat? & invenies 23. Januarii: jam si 23 Jan. est primus ♒onis; erit 31 sive ultimus Januarii qnus ♒onis. Ergo 11 Februar. est 20 Aqvarionis, qvem qværimus. Dico igitur hoc observatum factum fuisse ante* CHRIST. *262 Febr. 11 mane: Oriebatur ☉ ea die Alexandriæ hor. 6. m. 39. Pone, observatum factum fuisse hora circiter una, ante Solis ortum, id fuisset, hora 5. m. 39 matutina; & qvoniam Alexandria versus ortum hor. 1. m. 35 removetur à meridiano Tabularum; subtractis hor. 1. 35′. à h. 5. 39′, remanent h. 4. 4′, pro qvibus rotundo numero sumimus horam 4 matut. sive p. med. noctem. Cognitis jam anno, mense, die, & hora*

Typus operationis.

Hoc pro-	A. Ch.	Solis T. ab apogæo dies hor. / ″	Loc. Apogæi Sign. gr. / ″	☿ii T. ab aph. dies. hor. / ″	Locus aphelii. Sig. gr. / ″	Locus ♈ Sig. gr. / ″
cessu colli-	1639	197. 4. 5. 6	3. 6. 23. 10	22. 6. 7. 31	8. 13. 56. 11	1. 13. 19. 22
gitur vera		18. 10. 24. 3	1. 2. 31. 32	20. 0. 8. 12	1. 25. 19. 12	1. 14. 59. 23
longitud.	J. 1900					
☿ii Geocē.	262	215. 14. 29. 9	2. 3. 51. 38	42. 6. 15. 43	0. 18. 36. 59	11. 28. 19. 59
trica sig. 9.	Febr.	31. 0. 0. 0	5	31. 0. 0. 0	9	7
22°. 31′. 30″	d. 9	9. 0. 0. 0	2	9. 0. 0. 0	3	2
cum latitu	h. 16	16. 0. 0		16. 0. 0		
dine Au-			2. 3. 51. 45		0. 18. 37. 11	11. 28. 20. 8
stralio g.	T. ab d.	256. 6. 29. 9		82. 22. 15. 43		6. 4. 46. 57
27′. 15″ se-						
qvens vero	T. e. T.	256. 0. 0. 0	8. 14. 17. 29	82. 0. 0. 0	11. 13. 34. 3	6. 6. 26. 49 arg.
caudæ ♉ longitu-		6. 29. 9	16. 13	22. 15. 43	2. 35. 43	l. dans adsc: com:
dinem habuit sig. 9.						00. 27′. 14″ Austr.
21°. 37′. 30 sec. cum	horarius	2. 30	8. 14. 33. 42	horar. 6. 57	11. 16. 9. 46	V. dist. differentiæ
latitud: austr. 2°.		gr. / ″ /// /v		gr. / ″ /// /v		6. 4. 46. 57 l. hel. fron col:
29. m. ut differen-		4. 30	10. 18. 25. 27	40. 51	10 18. 25. 27 l. ☉lis	tis 7′
tia longitudinis sit		14. 30	scilicet	14. 15		1°. 1. 24″
26 min. latitud: v:		3. 0	verus locus	20. 54	7. 16. 21 30 comm.	10′ 14
2 gr. 1 m: 13 sec. ac		0. 18	Solis	4. 18	commut.	11. 15 v. d.
proinde stellarum		0. 58		2. 30	Sig. 7. 15°	26° 4′. 0″ add: 1. 38
centra 2 gr. 5 min.		12		2. 12	/ ″	26. 5. 38 rat. fron: add.
à se invicem diremp-				2. 31. 43 13. 5	12. 22	16. 29 rat: mar: add.
ta: ☿rio à stella		16. 12. 12. 14			11. 49	26. 22. 7 æq. cor. subt.
versus septentrio-		Sig. gr. / ″			1/5 10. 36	[53″. de his diff. marg.
nem, plane ut ob-		10. 18 25. 27	locus Solis		9. 43	1°. 21′. 30″ sumit
servatio habet, di-		sub. 26. 22. 7	æqvat. corr.		8. 50	16′ 29″
stante.		9. 22. 3. 20	L. ☿ Geocent.			

ante CHRm. *consequens est, ut annum nostri seculi, cum dato tempore seculariter Symbolizatum, nec non intervallum seculare inquiramus, ut ex his Tabulis calculum instituere possimus. Ergo annos 262 unitate minutos, hoc est 261 è proximè majore centenario, scilicet 300 subtraho, remanent 39, qui additi ad 1600 dant 1639, annum seculi nostri, cum anno proposito secular: Symbolizatum, & additis 300 ad 1600 fiunt 1900 intervallum seculare, quo Reductio secularis excerpitur, & juxta titul. suprascript: applicatur. Ante omnia vero inquirenda est longitudo, & latitudo ☉, quæ ad finem anni 1600 collocatur in 18°. 0′ ♒, motaq; est ad 11. Febr. Anni 1639, 32′. 24″, ut sit in 18°, 32′. 24″ ♒, cum latitudine austral: 2°. 29′: sed 1900 anni dant reductionem secular: 26°. 55′. 0″, subtrahenda; & restat locus ☉ ad tempus propositum 9 Sig. 21°. 37′. 24″, Latitudine eâdem retenta. Ad annum igitur 1639 extraho in Sole Tempus ab apogæo & locum apogæi. In ☿rio Tempus ab aphelio, locum aphelii, & locum ☍, sicut in præcedente Typo videre est.*

Verum qvia observator scribit, distitisse ☽. Lunas, erit non nemo, qvi Theoriâ fretus, aut imperitus observationis Astronomicæ, calculum erroris arguet. Qvi priusqvam rem natam probè perspexerit, præjudicium qvæso parum suspendat; & mecum hæc seqventia attendat.

Antiqvissimi primo Artis rudimento, in mensurandâ intercapedine siderum, nullis utebantur instrumentis, minutim & artificiosè subdivisis; sed ipsorum mensura, ad ipsam naturalem epharmosin, & apparentiam, ex æqvo & bono applicata, erat digitus transversus, palmus, Luna, sive qvantitas ☽, disci Lunaris, qvantam qvidem se in aere, & oculo diffundendo, pingit, & imaginationi, sive phantasiæ hominum sese repræsentat: brachium, cubitus, mediũ brachium. Recentiores, qvia in instrumentis ☽nar: disci latitudo 30 ferè scrupulis constat, atq; in Eclipsibus, ex arbitrio latitudinem disci luminarium in 12 partes æqvales, qvos digitos vocant, dividunt; pro uno digito observatorio computant 2½′, pro palmo 30′. aut 12′; pro Lunâ 30′, &c: manifesto, & crasso errore, supponere solent. Hic ad omnes praxis observatoriæ peritos provoco, ipsi judicent, utrum appareat spatium unius digiti transversi latum? minimè sanè: sed tantillo spatiolo distantes, nudo visui Eclipsare se mutuo videntur; sin vero spatium ad digiti latitudinem inter illas apparere debet, reqviritur centror: distantia minima 6. aut 7. scrupulorum. Verum ne qvis me arrogantiæ insimulet talia scribentem, ablego probationis satagentem ad ipsos antiqvos, à qvibus, qvantum ipsi spatii pro digito habeant, discere potest. Ptolemæus Magni operis lib. 7. cap. 1. citat Hipparchum, qvi informem, caput Hydræ præcedentem, à linea recta Procyonẽ, & eam, qvæ in austrino brachio ♌ est, connectentem, declinet 1½ digito. Item qvod ✱ basin ♎i præcedens, lineam rectam à rictu ♈tis in sinistr: pedem Andromedæ ductam, unico digito declinet. Item qvod linea recta ab oculo ♉ boreo, in 7ma Clypei Orionis ducta, ✱m Aldebaran versus septentrionem relinqvat, ad spatium digiti unius; reliqva videat Lector dicto loco, qvi si ipsum Cœlum autopsia consulverit, videbit, antiqvis ne per somnium qvidem in mentem venisse 2½ sc: pro uno digito numerandi, qvod modernor: qvidam præsumunt. De Palmo qvoq; qvem 12′ solummodo scrupulorum statuunt, certum est, ipsum 24′ ubiq; excedere, id qvod qvilibet instrumentis justæ magnitudinis, meo exemplo, qvæ monstrante Marito, sæpius in hoc veritatem experta sum, experiri potest. Qvantum vero disci Lunaris in qvantum visui, & phantasiæ, diffusione luminis, dilatata objicitur, in observatione valeat, seqvente ratione facile deprehendet Lector, Luna pleno orbe lucente, studiose intueatur discum, ejusq mensuram firmiter imaginationi imprimat, qvo facto, convertat oculos ad distantiam duarum notabilium stellarum, qvarum distantia nota est; & Epharmosi sive accuratâ oculorum mensurâ probe & diligenter consideret, qvoties ad subtilem sensum, tantum discum, qvantum Luna imaginationi impressit, interponere possit, ut totum spatium repleat? ex hoc enim facilè de scrupulis uni disco competentibus, è nota stellarum distantiâ definire poterit. Exempli gratia;

gratia; *confer te cum tuo disco imaginario ad capita* ♊orum, *& facto periculo, deprehendes, vix sexies capi hunc discum, ad summum 6½ vicibus. Est vero distantia stellarum 4½. g*. hinc collige, tantum discum in Cœlo capere 42′.* Sic *si ad distantiam primæ & ultimæ balthei Orionis aplicueris, videbis ad summum 3½ vicibus discum Lunæ imaginarium capi; (sed esto qvod qvater;) et centra stellarum ad 2/6 à se invicem in instrumentis distent; videbis uni disco imaginario 42½ scr: cedere, non 30.* Cujus causa opticoPhysica est, qvod lucida, cùm in aere, tùm in tunicis oculor: radiando diffluunt, & ita se dilatando majora pingunt, qvam revera sunt. Qvod cum ✳. sidera simul oculis inspecta, utrinq; faciunt; fit ut intervallum utrinq; abbrevietur: & qvæ digito distare à se invicem apparent, in instrumentis 6. 7. & pluribus (non 2½ aut 3 ut nonnulli Theoretici volunt) scrupulis distent. Et qvæ palmo à se invicem dirempta videntur, 25′, 26′, aut pluribus scr: pro re natâ (non 12′) invicem removeantur: sic qvæ disco ☽ari imaginario non 30′ sed 40, 41. & pluribus in instrumentis accuratioribus invicem distare deprehendantur. Et ut concludam, nullum vitiosi calculi indicium est in hoc Veterum observandi modo, si pro 3bus ☽aribus discis, 2°. 5′ concludat Ac ne qvis Antiqvis hanc oculor: opticam hallucinationem, etiam perinde, ut nobis adhæsisse neget, ablego negantem ad ipsum Obseratorem Alexandrinum, qvi in proxime apponendo exemplo scribit, sibi visum fuisse Mercurium, si in ipsa linea recta, qvæ à cornu ♉ boreo in austrinum ducitur, stetisset, Latitudinem à boreo cornu habiturum majorem tribus Lunis. Cum vero fixæ latitudo sit 5°. 20′ borea, Mercurio v. nullæ Tabulæ, qvæ omnia observata, vel ut cunq; attingunt, plus, qvam duos gradus latitud: boreæ concedant; palam fit, spatium, qvod observator 3bus Lunis s. discis imaginariis, & aliqvota disci parte æstimat, plus 3bus gradib: constare, ut hujus epharmosi (si recentiorum Thoreticorum æstimatione standum fuisset, & pro disco Lunari imaginario 30′ numeranda forent) non 3; sed 6 Lunæ numerandæ, & scribendæ fuissent. Qvod cum factum non sit, evincitur discum Lunarem in observationibus Antiqvor: nunqvam 30. sed 42. 43 &c. usq ad 50. & pluribus scrupul: in nonnullis æstimari.

Sed pergo ad 2dum observatum. In qvo qvidem tot ferè sunt mendæ textus, qvot lineæ. Primo enim Trapezuntius interpres pro 1 ponit 4 diem ♉ionis. Ptolemæus v. integro mense aberrat, & pro 30. Mechir 30. Phamenoth scribit. Cum enim, ut ibi refert, ☉ obtinuerit medio motu 29°. 30′ ♈, qvod 25 April: accidit; Primus v. Thot in 28. Oct: anni præcedentis inciderit, qvomodo qvæso 30. Phamenoth, ut expresse textus habet, cum 25 Aprilis concordabit? deinde si ☉ medio motu nondum ♉ attigerit; qvo titulo numerari potest dies ♉rionis 4tus. videntur hæc aurea veterum observata, qvasi de industria, tot textus Corruptionibus intricata, aut transcriptor: incuria ita depravata. Qvicqvid sit, ipsum observatum cum Cœlo circumstantialiter conferemus: ita enim habet Textus legitime correctus: Anno 23 secund. Dionysium, die 1. ♉ionis vespere, distabat ☿ in consequentia à linea cornuum ♉i per ☽. ☽as, videbaturq; pertransiens habiturus distantiam à boreali, versus meridiem, majorem qvam trium Lunarum. Ad qvod Tempus, datur longitudo cornu borei 20°. 27′ ♉, cum latitudine borea 5°. 20′. Australis v. 22°. 49′ ♉, cum latitud. australi 2° 14′. E qvibus apparet, Mercurium 24° ♉ aliqvot scr: superasse. Id fuit ante CHRISTUM 262. Apr. 25 vespere, hora 6. in meridiano Tabularum: *Ad qvod momentum longitudo Solis inveniebatur Sig. 1. 0°. 7′. 45″, vera Mercurii distantia ab aph. Sig: 10. 2°. 30′. 33″ & per hæc longitudo heliocentrica Sig. 4. 21°. 8′. 55″. Commutatio vero Sig. 3. 21°. 0′. 20″, qvæ ex Tabula tertia (correct: corrig:) dant æqvationem, s. differentiam loci Mercurii Geocentrici, à vero Solis loco 24°. 12′ 3″ addendam: addita ergo illa loco Solis, fit locus Mercurii Geocentricus qvæsitus, 24°. 19′. 48″ ♉. satis, puto, propinq; omnibus observationis circumstantiis.* Typum operationis (qvia præter expectationem liber in aliqvam molem excrescit) non addo, sed ipsa data fidelissimè adscribo.

Tertium observatum.

Anno secund. Dionysium 28, die primo ♊onis (Trapezuntius fortè deceptus cognatione p. & 1. numerorum, expresso textu septimum scribit, nulla verisimilitudine) vesperi, & erat in rectâ lineâ ad Capita ♊orum, ita ut in meridie distaret ab australi, $\frac{1}{3}$ unius Lunæ (id est disci Lunaris imaginarii) minus, qvam duplum ejus spatii, qvo capita inter se distant. Aureum est hoc observatum, & sufficientibus circumstantiis descriptum. Cum enim distantia capitum sit $4\frac{1}{2}°$, ferè, differentia qvoq; longitudinum 3°. 2. min, latitudin. 3°. 24'. seqvitur, si distantia ☿rii ab australi exacte fuisset dupla distantiæ capitum, etiã longitudinis differentiæ duplum 6°. 4, ad australis longitud. fuisse addendam: duplumq; differentæ latitud. 6. gr. 48. min., cum latitudine stellæ comparadum, & de vera latitudine concludendum: sed qvia decedebat $\frac{1}{3}$ disci Lunaris, pro qva 15' sumo; etiam differentiæ longitudinis sua particula demenda, & manebunt 5°. 52'. addenda ad longitud Capitis australis. Latitudinis v. differentiæ duplum correctum fit 6 gr. 35, comparandum cum latitudine capitis australis. Cæterum *hoc Tempus incidit in annum ante CHRISTUM, 257, d. Maij 26, horam circiter* $7\frac{1}{2}$ *in meridiano Alexandrino; sed in meridiano Tabularum circa* 6, *p. m. Annus seculi nostri cum dicto anno secularitèr Symbolizatus est* 1644 *bissextilis, ergo primus* ♊*onis, ut Typus anni Dionysiani monstrat, incidit in 26 Maij, ad hoc tempus Castor fuit in* 18°. 23 *min.* ♊, *cum latitudine borea* 10°. 2'. *Pollux in* 21°. 25' ♊, *cum latitud. borea* 6. *gr.* 38. *min. Longitudini Pollucis addita supra inventa, & ad observationis circumstantias, eruta portio* 5. *gr.* 52. *min., dat longitud. Mercurii observatam* 27°. 37' ♊; *& latitudinis portio* 6. *gr.* 35', *comparata cum stellæ latitudine* 6. *gr.* 38', *relinqvit latitudin. Mercurii observatam* 0. *gr.* 3'. *boream.* Ergo ex his Tabulis Lector ad datum tempus, modo supra ostenso, computet, & inveniet verum locum Solis, Sign. 2 gr. 0. 25'. 53''. Longitudinem aphelii Mercurii S. 6. gr. 18. 46'. 26''. Veramq; ab aphelio distantiam Sig. 11. gr. 5. 34'. 20''. & propterea Longitud. Mercurii Heliocentricam S. 5. gr. 24. 20'. 46''. Locum qvoq; ☌ Mercurii Sig: 11. gr. 28. 27'. 38'', qvi subtractus à loco Heliocentrico, dat Argumentum Latitudinis Sig. 5. gr. 25. 53'. 8''. Vera autem ☉is longitudo subtracta à longit: ☿rii heliocentricâ, relinqt commutationé S. 3. 23°. 54'. 53'', per qvam, & veram ab aphelio distant: e tertia Tabula (correct. corrig:) excerpitur æqvatio 26°. 14'. 46'' addenda ad verũ locum Solis, ut sit v. l. Mercurii Geocentricus S. 2. 27°. 10'. 39'', cum Argumento verô latitudinis, & commutat. excerpitur latitudo borea 0 gr. $1\frac{1}{2}$', ab observatione parum abludens.

Aliud observatum Ptolemæus ibid: adducit, qvod factum sit, anno secund. Dionysium 24, *die Leonionis* 28, *ubi secundum calculum Hipparchi* ☿ *spicam* ♍ *præcesserit plus qvam tribus gradibus; Verum qvia nulla observationis circumstantia, modus, aut medium, additur; sed solus Hipparchi calculus (expressè enim addit, ut Hipparchus* Computavit) *adducitur, qvi tamen post* 80 *& aliqvot demum annos, ab hujus observationis tempore natus est, dubium prorsus est, præsertim cum è Ptolemæi solummodo calculo motus medii* ☉*is,* (27°. 50) *dies Leonionis* 28*vus transumptus, pro qvo ipsemet* 30 *diem Payni usurpat, qvi tamen hoc anno fuit* 27 *Leonionis.* 28 *v. dies, fuit* 3. *Epiphi. Die qvidem Leonionis* 26 *(an transcriptor: incuria* 8, *pro* 6 *vitiosè scripta sint, dubitari in utramq; partem potest) præcedit* ☿ *spicam* ♍ *solâ longitudine, è calculo harum Tabular. gr.* $3\frac{2}{3}$; *In medio igitur tot & tantis dubiis involutâ relatione relictâ, alia certis circumstantiis clara excutiemo nempe*

Qvartum, & Qvintum observatum; qvæ cap: X lib: IX Almagesti ita narrantur.

Anno secund: Dionysium, 21, mense ♌onis, die 22, distabat ☿ matutinus à rectâ lineâ per mediam & borealem frontis ♌ ductâ, retro, s. in antecedentia Lunam unam; ad septentrionem v. distabat à fronte boreali per duas Lunas. Et post 4. dies, scilicet die 26 ♌onis, distabat (ut conscribitur) ab eadem linea in consequentia unam Lunam, & dimidiam

midiam. Hæc duo observata sunt, qvæ Maritum observandiss. excitarunt, & manu duxerunt, ad inqvisitionem veri Typi istius anni cœlestis fixi. Cum enim intra qvatriduum utraq; observatio peracta, & motus Mercurii interim ad $2\frac{1}{2}$ Lunarium discorum imaginariorum latitudinem excrevit, adeó ut si pro singulâ ☽â solâ saltem 33 usurpemus 1°. 22', ejus motus increverit. Facto igitur non tantum in Rudolphinis, sed per omnes, qvotqvot haberi potuerunt Tabulas periculo, anne ullæ hoc motus incrementum exhiberent? nullæ prorsus inventæ sunt; sed simpliciter omnes ad summum 20' (deficiente ad minus uno gradu, & amplius;) observationem ipsam, tam circumstantialiter descriptam, in dubium vocare non potuit. Hypotheses Rudolpinar: nostri Temporis observata prorsus demonstrativas, & invictæ Veritatis evincebant: unicum hoc igitur inqvirendum restabat, qva nimirum fide, & qvo fundamento, Ptolemæus 22, ♌onis cum 18. Thot conjungeret. Cumq; ad meridiem istius diei, motus Solis medius Ptolemaicus inveniretur 21. 6. ♌, adeò ut 22^dus^ qrad 9 ♌ qvasi curreret, prodidit se statim imbecillum hoc fundamentum Ptolemaicum, nempe, mensura medii motus proprii sui calculi, ad antecedentia Secula extensi, (ac si Antiqvi in constituenda fi: â anni qvantitate, ad motum Solis alligatâ, non ad observatos & apparentes Solis in Signa introitus: sed ad Tabulas medior: motuum post aliqvot secula perficiendas respexissent) sicut & supra è 27°. 50' ☌ medii motus Solis, ex proprio calculo concluſit 28vum diem Leonionis, cum tamen 30 Paynî fuerit 27 ejusdem mensis. Qvo repudiato cœpit veros Solis in Signa introitus expendere, atq per omnes observationes istus formæ diligentissimè excutere, donec in omnibus unanimiter conspirantibus, verus hujus anni Typus se proderet, qvem folio Tabularum 71 exhibui, in qvo cum primus dies Mensis ♌onis in 27. 8br. formæ Julianæ incidit; 22 ♌onis incidet in 17 9bris anni ante CHRISTUM 165, habentis Symbolum cum anno 1636. bissextili: anno Ægiptiaco in 201 hot, non 18, secundum opinionem Ptolomæi; hoc enim obtento, non tantum Rudolphinæ statim bonitatem suam hic probarunt; qvæ Mercurio per hoc 4triduum motum Geocentricum 1°. 19' tribuunt, sed simul ostenderunt, qvo remedio ipsarum circa motum medium restans imperfectio, curanda sit, ut & hæc duo, & supra posita observata, adhuc propius attingant; qvod qvamvis à Marito jam præstitum sit; attamen ob causas supra positas, in hoc opere nondum publicatur. Verum revertamur ad circumstantias hujus observationis. *Suprema in fronte* ♌ *ad hoc Tempus longitudinem tenebat* 1°. 12'. ♌, *cum latitud: borea* 1°. 5', *Suppositа jam superatione latitudinis computata* 1°. 45'. *circiter minutorum, cum latitudinis differentiæ inter hanc, & mediam, uni gradui* 12' *longitudinis competant, seqvitur inde Mercurium, si in ipsa linea stetisset, obtinuisse* 1°. 34' ♌. *Verum qvia retro stabat per Lunam unam, obtinuit vix* 1° ♌. *Sed Tabulæ, (pro Rudolphinar: æqvipollentiâ) dant longitudinem Solis veram Sign.* 7. 21°. 43'. 42''. *Mercurii heliocentricam Sig.* 3. 11°. 53'. 4''. *Et hinc æqvationem* 20°. 19'. 50'' *subtrahend: fit locus Mercurii Geocentricus qvæsitus* 1°. 23'. 52'' ♌. *Post 4:riduum est locus Solis verus Sign.* 7. 25°. 48'. 48'', *locus Mercurii heliocentricus Sig.* 3. 29°. 29' 43'', *hinc Commutat: Sign.* 8. 3° 41'. 0'', *dans æqvationem* 23°. 6'. 5'' *subtrahend: à verò loco Solis remanet loco Mercurii Geocentricus Sig.* 7. 2°. 42'. 43'', *promotior uterq; locus ad trientem ferè gradus, qvam circumstantiæ observationis patiuntur; satis tamen propinq; in hoc Sidere.* Typum operationis ob brevitatem non addo, calculet Astrophilus, & inveniet omnia, ut hic ponuntur, si ritè operatus fuerit.

Sextum observatum antiqvum.

Anno secund. Chaldæos 75, die 14 mensis Dii, id est 237 ante CHRISTUM, 28 Octobris mane, Mercurius distabat à Lance Australi, cujus ad propositum Tempus $\left\{\begin{smallmatrix}\text{long: } 13 \text{ gr: } 30 \text{ min } ♎ \\ \text{latit: } 0. \quad 26 \text{ borea}\end{smallmatrix}\right\}$ medietate unius brachii, Spacium v. unius brachi epharmosi facit circiter $4\frac{1}{4}$ sive $\frac{2}{3}$ & medium brachium 2. gr. $22\frac{1}{2}$'. Videndum jam est, in qvanta pro-

pinqvitate

pinqvitate calculus, hoc qvidem craſſum; ſed non ſpernendum obſervatum, contingat? Dicam ſummariò, ne Librum onerem, & ultra modum prolongem; *ſubducto ritè calculo, differt Mercurii longitudo, à longitudine ſtellæ* 1°. 37′: *Latitudine verò* 1°. 36′; *Ut ſit diſtantia centrorum* 2°. 17′.

Obſervatum ſeptimum.

Anno ſecund. Chaldæos 67. die 5 Apellei; id eſt, ante CHRIST. 245, Novemb. 28, manè, ☿ diſtabat à ſuprema in fronte ♏, cujus tunc { longit: 1°. 28½ ♏ / latitud 1. 5, bor. } mediotate brachii. *Calculus dat differentiam longitudinis* 1°. 59′, *latit:* 1°. 14′, *ut ſit diſtantia* 2°. 20′. *Satis propinqva craſſæ Obſervationi.* Hæc de iis qvæ circa longitudinem monenda fuerunt.

Aliud peculiare circa latitudinem ipſi accidit; nempe, qvod maxima latitudo non in maximo inclinationis limite: ſed, borea qvidem, 14. *gr. poſt limitem boreum. Auſtralis v. tot gradibus ante auſtrinum limitem; cujus verò ratio non eſt hujus loci.* Tantum de Mercurio in Specie.

CAPUT XVIII.

DE LUNA IN SPECIE

Supra capite XI, oſtenſa eſt in genere ratio computandi Lunæ longitudinem, & latitudinem verè geocentricam, id eſt, qvæ oculo, ſi in ipſo Terræ centro conſiſteret, talis appareret: qva de cauſa etiam *VERUS* locus, & motus ibi appellatur. Verum nos Terricolæ, non centrum, ſed ſuperficiem Terræ incolentes, ac properea 859 milliaribus Geographicis à centro Terræ ſemper remoti, qvando Lunam intuemur, nunqvam illa nobis niſi in ipſo puncto verticali conſtituta, in eo Cœli puncto apparet, qvod calculus determinat: ſed in alia v. longitud: vel latitudine, v. utrâq; ſimul, variè, nunc majore, iterum minore intervallo, à Geocentrico loco emota; qvam emotionem Parallaxin, ſive diverſitatem aſpectus vocant; locum v. & motum Lunæ ita nobis è ſuperficiè apparentem, locum & motum VISUM appellare ſolent Aſtronomi. Ut igitur ad qvodlibet propoſitum Tempus, ad qvod vel Lunæ Geocentricus ſ. verus locus, in longum & latum, e calculo Tabularum cognitus eſt, idem in apparentem, nobis è ſuperficie Terræ ſeu VISUM converti: vel locus VISUS ſecundum long. & lat. obſervatus, in VERUM ſ. Geocentricum exacta & expedita ratione commutari poſſit, opus eſt PARALLAXIS in longum & latum diſcretâ, ejusq; applicandi modo.

Qvam arduum v. qvam perplexum, qvantisq; difficultatibus involutum, hactenus hoc negotium fuerit, malo Lectorem id ex ipſa Praxi, & Artificum qverelis, qvam ex meâ relatione addiſcere. Qvæ cauſa etiam Maritum impulit, ut faciliorem hujus rei modum mihi oſtenderet, eumq; Tabulis exprimere, me adhortaretur. Cujus exhortationi obtemperans, ut facilitarem computum Aſtronomicum, etiam hoc onus in me recepi, conſtruxiq; Tabulam Parallaxium in longum & latum diſcretarum, ad ſingulos gradus Anguli Orientis, & dena ſcrupula ſecunda Parallaxis Totalis; eamq; cum Aſtrophilis à pagina Tabularum 250 in p. 247 communico. In qva Frons, Gradus Anguli Orientis, (non excedentes octantem id eſt 45°) titulos longitudin: & latitudin: necnon ſpecierum ſignaturas exhibet. Calx gradus anguli Orientis à 45° in 90°; ſubſcriptis ſingulis columnis titulo longitudin: & latitudinis. In Margine ſunt ſcrupula prima & ſecunda per decades ſaltantia diſpoſita. In Area ſunt ſectiones, ſingulæ in 2 columnas (qvarum ſiniſtra, ſi angulus orientis in fronte reperitur, ut etiam tituli ſuprascripti monent longitudinis parallaxes: dextra v. latitudinis: ſi verò angulus Orientis in calce repertus fuerit; ſiniſtra latitudinis; dextra longitudinis parallaxin continet,) diviſæ; exhibentes parallaxes jam diſcretas, latitudinis qvidem jam abſolutam; longitudin: vero in Horizonte abſolutam; beneficio verò ſinuum ſcrupularium ad omnem

omnem Lunæ ſitum compendioſe reducendum. Ad parallaxium igitur in longum & latum diſcretarum compendioſam inveſtigationem, TRIA requiruntur, ut notâ: *1, parallaxis Lunæ totalis. 2, angulus orientis, ſive angulus orbitæ Lunæ c. horizonte. 3, diſtantia Lunæ à Nonageſimo.* Parallaxis totalis ex nota diſtantiâ Lunæ ab apogæo Tabular. fol. 237 facile acqviritur (ibi ad qvinos diſtantiæ Lunæ ab apogæo gradus in margine, vel ſiniſtro, vel dextro, inveniendos, media columna hanc parallaxin exhibet, tàm in copulis; qvàm extra. In Rudolphinis enim æqvatio Lunæ menſtrua non mutat intervalla Lunæ à Terra; ſicut faciunt aliarum hypotheſes; ſed phyſica ſolummodo eſt motus incitatio, & refrænatiò, a diverſâ Lunæ ad Solem habitudine proveniens; ſalvis intervallis.) 2, angul: Orient: ratione orbitæ correctus. 3, diſtantia Lunæ à Nonageſimo; hæc ſupra capite 6to, excerpere docui. Dato enim ibi loco Solis, & Tempore à meridie elapſo; datur per locum Solis, arcus culm. æqvatorei in tempus converſus, qvi additus ad tempus à meridie, conficit Arcum Culminis æqvatorei Medii Cœli. Hic immiſſus in Tabulam puncti Orientis ſubdata Elevatione, excerpit gradum orientem, à qvo tribus Signis ſublatis, reſtat Nonageſimus cum loco Lunæ comparandus, & ſubtracto ſemper præcedente à ſeqvente, acqviritur diſtantia Lunæ à Nonageſimo, v. verſus ortum, ſi locus Nonageſimi à loco Lunæ; v. verſus occaſum ſi locus Lunæ à Nonageſ: ſubtractus fuerit. Hæc diſtantia, ſignis in gradus reſolutis, immiſſa in primam Tabulam Sinuum ſcrupularium, excerpit ſinum ſcrupularem competentem, pro ſeqvente operatione aſſervandum. Per punctum v. Oriens excerpitur è Tabulâ transverſim poſitâ, ſubdata Elevatione poli, ang: Orientis, qvem Ecliptica cum Horizonte facit, cujus menſura eſt ipſa altitudo Nonageſimi, qvi per diſtantiam alterutrius nodor: à Nonageſ. per Tabellul: fol. 72 corrigitur, ut altitudinem orbitæ Lunæ in Nonageſ. deſignet. Hiſce tribus cognitis, ingredere cum parallaxi Lunæ totali marginem; cum gradibus verò anguli Orientis correcti, ſi 45°. non excedat, Frontem: ſi excedat, calcem Tabulæ Parallaxium in long: & lati diſcretarum, & dat concurſus communis parallaxes in long: & latum diſcretas; juxta titulos columnis vel ſupra ſcriptos; ſi angulus dictus in fronte repertus fuerit: vel ſubſcriptos; ſi in calce, longitud: & latitudinis (non neglectâ correctione, ſi gradibus anguli ſcrupula adhæreant.) Eſtq; parallaxis latitudinis jam ea ipſa qvam qværimus, in longitudinis autem parallaxin ſinus ſcrupularis diſtantiæ Lunæ à 90-ſimo, ſupra aſſervatus prius multiplicandus eſt, & fit parallaxis longitudinis qvæſita. Hanc vero ſi longitud. Lunæ veram ſ. Geocentricum, ad viſam ſeu apparentem reducere voluëris, & ☽ à 90-ſimo verſus ortum removeatur; adde ad veram longitudinem; ſin v. Luna à 90-mo verſus occaſum vergat: à verâ longitudine ſubtrahe, & utrobiq acqvires longitudinem ☽æ viſam ſ. apparentem. Rurſus ſi contigerit longitudinem viſam, ſive apparentem in veram convertere; tunc ☽ exiſtente à 90gesimo verſus ortum: ſubtrahe parallaxin longitudini à longitudine viſa ſeu apparente: Sed ſi verſus occaſum à Nonageſimo remota fuerit, adde dictam parallaxin longitudinis ad longitudinem viſam ſeu apparentem; & utrobiq; acqvires longitudinem Lunæ veram ſ Geocentricam. Latitudinis v. parallaxin, ſi ☽ a puncto verticis verſus meridiem (qvod in noſtris Regionibus perpetuum eſt) propendeat; auſer latitudini boreæ; & auſtrali adde. Si verò (ut in Zonæ Torridæ qvibusdam locis & in hemiſphærio meridionali evenire ſolet; verſus boream vergat, ſubtrahe latitudinis parallaxin latitudini Auſtrali; adde ad boream, & utrobiq; acqvires latitudinem viſam, ſive apparentem: Contrarium titulis faciendo, ſi viſam ſive apparentem in veram convertere animus fuerit. Exemplum. *Sub Elevatione poli borei* 48½, *Sole obtinente* 18½ ♓, *à meridie horis* 7. 26 *min.*; *Datâ Lunæ diſtantia ab apogæo Sign.* 6. *gr.* 19½, *& longitudine verâ Sign.* 0. 7°. 42′. 44″, *cum latitudine vera borea* 3°. 1V. 5V″, *& loco* ♌ *Sign.* 10. *gr.* 29. 23′, *velim inqvirere parallaxes tàm longit: qvam latitudinis, per eas q; definire longit: & latitudinem Lunæ viſam, ſive*

appa-

apparentem. 1. Ergo cum data distantia Lunæ ab apogæo Sign. 6. gr. 29½ fol. tabul. 237, ingredior Tabellulam, quærendo in marginibus hanc distantiam ab apogæo, cui proximam in dextro margine reperio Sign. 6. 20°, ei in media columnâ quæ titulum in Fronte gerit (parall: Lunæ) invenio 63'.31''. parallaxin Lunæ totalem, quam asservo. 2, cum loco Solis fol: Tabular: 15 excerpo arcum culminis æquator: in Temp. conversum, adhibita correctione hor: 23. 17'. 44'', quibus statim addo Tempus à meridie numeratum hor: 7. 26' fit summa (rejectis 24 horis) hor: 6. 43'. 44''. Tempus puncti orientis, pro quibus sumo hor 6. 44 sub Elevatione poli 48° fol: 40 in area Tabulæ puncti Orientis quæro in columna 7, eiq; reperta respondet in fronte ♎ in margine gr. 8. in sequente Tab: sub Elevat. 50° extraho cum hoc tempore 7°. 50 min. ♎, nempe 10' minus, quàm in præcedente Tabul: dico igitur duo gr. differ. polaris, dant decrement: 10', quid dabunt 30'? facit 2½, quæ subtrahenda essent ab 8°: Sed operæ pretium hoc loco non est, in hoc negotio illud attendere. Est ergo ad hoc Tempus punctum Oriens 8° ♎, quod Signis numerariis scribitur Sign. 6. 8°. 0'. subtractis inde 3bus Signis, sit Nonagesimus Sign. 3. 8°, 0', nempe 8°. ♋, punctumq; occidens sublatis à puncto Oriente 6 Signis, S. 0. 8°. 0', id est 8° ♈. Cognitum jam 90-simum Sign. 3. 8°. 0', cum loco Lunæ Sign. 0. 7°. 43' ferè, confero, subtrahendo locum Lunæ, ut præcedentem, à loco 90-simi, ut sequente, & acquiro distantiam Lunæ à 90-simo versus occasum Sign. 3. 0°. 17' id est, 90° 17': Cum quibus è prima Tabula sinum scrupularem extrahere debeo. Verum quia illa Tabula ultra 90° non extenditur; sumo complementum mei numeri ad semicirculum 180° scilicet 89°. 43', quibus statim in primæ sectionis primâ columna respondet sinus scrupularis quæsitus 60'. 0'', quem quoq; asservo. Porro cum puncto Oriente 8° ♎, fol: 41 ingredior Tabulam transversim positam, quæ, ut tituli in ejus fronte, & calce monstrant, continet quantitatem anguli Orientis, pro 48. 49. 50. 51, Elevationis poli gradibus, & in margine dextro s. ascendente invenio proxime minorem 6° ♎, cui in prima columna sub Elev: poli 48°, respondet angulus Orientis 65 gr. 1 id est triens s. 20' & 9 gr. ♎ respondet 65°. s. id est sextans seu 10', & quia margo per tres, gradus saltat, linearum v. sequens 10' decrescit; dico igitur, 3 grad 9 Marg:, faciunt in area angul: decrescere 10' quem facient decrescere 2°, quibus mei 8 à 6 differunt: facit 6⅔, quibo subtractis à 65°. 20', remanent 65°. 13⅓. Et quia 48 gradib 9 elevationis adhærent 30', exquiro differentiam inter columnam sequentem (quæ habet 64° 20', ita ut integro gradu sequentis Elevationis angulus decrescat; dico igitur: 1°. sive 60' Elevat: dant in angulo decrementum 1°. sive 60'. Quantum dabunt 30? facit 30', quæ à 65°. 13' subtracta, relinquunt ang. Orient. correctum 64°. 43. Eo jam uterentur omnes, qui hoc negotium quacunq; ratione tractant: & ego uterer, si orbita Lunæ cum Ecliptica eandem in 90-simo haberet altitudinem, id est, si alteruter Nodorum esset in 90-simo: Verum quia hoc loco id non fit pro accurata parallaxium discretione, hic angulus Eclipticæ in quasi angulum orbitæ commutandus est; hac facillimâ, ratione.

Data est longitudo ☊ Sign. 10. 29°. 23'; datur etiam subtractis Sig. 6, longit: ☌ Sig. 4 29°. 23' ab hoc subductus 90-simus S. 3 8°, restant S. 1. 21°. 23' distantiæ ☌ à 90-simo versus ortum. Hæc fol: Tabular: 72 immissa, in Tabellulam, quærendo Sig. 1. in Fronte, & 21° in margine, dat ang: communis (adhibita correctione) 4°. 0', & quia ☌ est versus ortum adduntur hi gr. 4. min. 0. ad ang: Orient: prius repertum gr. 64. min. 43, ut sit altit: orbitæ Lunæ s. angulus Orient. Orbitæ Lunæ gr. 68. min. 43. Tandem cum hoc angulo & parallaxi totali min. 63. sec. 31. ingredior fol: 242 Tabul. Parall. in long. & lat. discretarum, quærendo parallaxin in Margine, qva minorem invenio min. 63. sec. 30, angulum v. in calce; quo proximè minorē invenio 68°. dat communis concursus p longit: è dextra columnula (cui subscriptus long: min. 58. sec. 53, latit. è sinistra column. 23'. 47'': sed quia 68. gr. adhærent 33', confero sequentis gradus numeros, cum jam extractis, & invenio super 69 gr. longitud. parall.

parall. 59°. 17'', quæ à priori 24'' crescendo differt. Dico igitur 1°. sive 60' calcis, dat increm. 24'', quantum dabunt 43'? facit 17, quæ addita ad 58'. 53'' faciunt 59'. 10''. quæ margo quoq; parte proportionali unius secundi auget, ut sit parall. longitudinis, accuratè quæsita 59'. 11'', tanquam in Horizonte; In hanc porrò sinus scrupular. distant. Lunæ à 90-simo supra repertus 60'. 0'' multiplicatus producit 59'. 11''. Parall. quoq; latitud. sequente gradu decrescit per 1'. 2'', de quibus 43' sumunt partem proportional. 44½, & ratione margin. medio secundo ferè crescit, remanentq; 44'' subtrahenda à prius excerpta 23'. 47'', remanent 23'. 3'' parallaxis latitudinis exquisitissima. Cæterum cum ☽ versus occasum à 90-simo distet, parallaxis longitudinis auferenda est à longitudine verâ, supra repertâ S. 0. 7°. 42'. 44''. remanet long. centri Lunæ visa S. 0. 6°. 43'. 33'' Latitudinis quoq; parall. à latitudine borea 3°. 11'. 51'' subtrahitur, remanet lat. Bor. visa 2°. 48'. 48'' Semidiameter in hoc situ ponitur 16'. 20'', quæ subtracta à Latitudine visa ipsius centri, relinquunt latitudinem cornu australis visam 2°. 32'. 28'' boream; ☿ii vero longit. capite præcedente ad hoc Tempor. moment: calculo obtinebatur 6°. 46'. 55'', cum lat. borea 2°. 5'. 30'', præcessit igitur longitudine centrum Lunæ visibile, id est, (quod observator dicit) linea ab ejus centro cornibus Lunæ parallelè ducta, videbatur incidere in partem Lunæ obscuram, sic ut aliquantam diametri partem interciperet, fortè quartam) 3½ scrupulis. Et ☿ii lat. bor. 2°. 5'. 30'', subtracta à latitudine visibili cornu Australis 2°. 32'. 28''. relinquunt 0°. 26'. 52''. Verè igitur observator scribit, Mercurium distetisse à margine Lunæ austr. minus diametro Lunæ. Nullum hic vitium in Tabulis, aut Hypothesibus Mercurii, aut Lunæ, ut frustra KEPPLERUS, errore in proprio calculo commisso, seductus, suspicatus erat. Calculus igitur cum observationis circumstantiis satis benè convenit, quod aliæ minimè præstant; ut reliquas taceam, decantatæ illæ Lansbergianæ ☿. in 7°. 16'. 3'' ♈ reponunt, cum latitud: borea 1°. 50½'; Lunæ vero centrum visibile computant 6°. 18'. 37'', cum latitudine visa 2°. 42'; ut longitudin. differ: sit 57'. 26''; latitud: 0°. 5'½, distantibus centris ¼° circiter. Nullas igitur circumstantias observationis assequuntur; ac proinde erroris à cœlo arguuntur. Quod vero hæc, & non alia Lunæ long. & latitudo è Tabul: proveniat, addam sequentem operationis Typum. In quo *Lunæ Tempus ab apog. datur D 15, H. 3, 36'. 35, dans veram dist. ab apog. S. 6. 19°. 33'. 40'', datur etiã vera Long. apog. S. 5. 17° 3'. 50'', quæ duo addita faciũt longit. ☽ hypotheticè veram S. 0. 0°. 37'. 30''. Ab hac porro subtracta vera L. ☉is, relinquit commutat. menstruam S. 0. 18°. 7'. 21''. Hæc cum vera dist. ab apog. fol. 220 immissa in Tabul. æquat. menstruæ, extrahit (corr. corrig.) 1°. 12' 13'' æquationẽ addendam ad long. hypotheticè verã & fit ☽ L. in orbita S. 0. 7°. 49'. 43''. Datur quoq; vera Long. ☌ S. 10. 29°. 23'. 18''; quæ subtracta à long. vera; dat arg. lat. S. 1. 8°. 26'. 25'', dans fol. 223 (corr. corrig.) latit. 3°. 11'. 51''. & fol. 229 reductionem ad Eclipticam 6'. 49'' subtrahẽda: ut sit verus locus ad Ecliptica reductus S. 0. 7°. 42'. 54''. Cui cum parall. adhibetur ad tenorem præcepti, proveniunt omnia ut supra posita sunt.*

TYPUS OPERATIONIS.

An: Christi currente	Temp. ab apog: dies hor. ′ ″	Locus aphel. Sig. gr. ′ ″	Locus ☌. ig. gr. ′ ″
1617	13. 22. 49. 45	S. 10. 47. 26	11. 2. 22. 13
Febr. simpl.	3. 10. 41. 25	3. 27. 13	1. 38. 30
d. 25. compl.	25. 0. 0. 0	2. 47. 7	1. 19. 26
horæ 7	7. 0. 0	1. 57	0. 56
min. 24.	24. 0	0. 7	13
maj. Rest.	42. 16. 55. 10	S. 17. 3. 50	2. 58. 55
Restitutio	27. 13 18. 35		10. 29. 23. 18
T. ab aph.	15. 3. 36. 35		0. 7. 49. 43
T. è Tabul.	15. 3. 0. 0	6. 19. 32. 1	1. 8. 26. 25
	rest. 36. 35	p. pro. 21. 39	arg latit: dans latitudin: Borream Ascend.
	horar. 35. 30	6. 19. 33. 40	
	gr. ′. ″. ‴. ⁗	0. 6. 37. 30	gr. ′. ″
	17. 30	add. 1. 12. 13	3. 11. 51
	18. 0	0. 7. 49. 43	
	20. 25	Red. 6. 49	
	21. 0	0. 7. 42. 56	
ps prop.	21 38. | 42. 30	Commutatio	
	Sig. gr. ′. ″	Sig. gr.	
loc. ☽ hyp.	0. 6. 37. 30	0. 15	
locus Solis,	11 18. 30. 9		
com. Rest.	0. 18. 7. 21	æqu. addenda	

V. diff. ab ap.	differentiæ	diff. lin. inc. 1 s′
Sig: gr:		′ ″
6. 15	3°	10. 48
	5	18
gr. ′ ″	2′	7
1. 1. 0		11 13
11. 13		
1. 12. 13		

Nisi prolixitas evitanda esset, possem hic adducere omnia antiqva observata Timochari-

mocharidis, & Tabularum fid. comprobare. Satisfaciunt enim, qvantum Antiqvorum Temporis assignationi, in suis horis Temporalibus, qvæ platica satis, & minus exqvisita est, deferri potest, omni possibili propinqvitate: modo parallaxes ad modum hic ostensum, per correct. Ang. Orientis, in orbitæ altitudinem mutati, artificiosè inqvirantur. Id qvod in antiqvo observato Timocharidis, qvod accidit Anno 36 primæ periodi Calippicæ, die 15 Elaphebolionis, id est ante CHRIST: 294, d. 9 Martii &c. manifestum est. Ibi enim Observator dicit, qvod ☽ extremitate sua, qvæ erat versus vernalem ortum, ad Spicam ♍ pervenit, pertransivitq; Spica, tertiam partem ex diametro ipsius, exacte ad septentrionem disseparans. *Oriebatur tunc ALEXANDRIÆ 11° ♎. angulo Orientis 82 circiter graduum, & parall. Lunæ totali 58′. 53″: de qvibus fol. 239 parallaxi latitudinis sola 8′. 12″ cedunt, addenda ad latitudinem australem 1°. 50′, ut latit. visa centri Lunæ, latitudinem spicæ vix assequeretur, atq; hac ratione non tertiam diametri partem; sed dimidiam dissepararet;* verum qvia ☌ Lunæ non procul à puncto occidente hærebat, accidit ut orbita Lunæ in 90-simo plusqvam 5 gradibus versus meridiem vergeret, *totq; gradibus angulus Orientis, arctior redderetur; & hinc altitudo orbitæ non totorum 77. graduum fieret. Hæc dat latitud. parall. 13′. 30″, qvinq; scrupula plus, qvam antea; qvibus jam centrum Lunæ ultra spicam, in austrum detruditur, restant igitur in diametro Lunari 10′, id est triens, qvem spica exactè transeundo versus boream disseparabat.* Apparet jam, qvantum in accuratâ parallaxi positum sit; qvam cum hactenus pleriq; minùs attenderint: sed vulgari modo; ac si ☽ semper in Ecliptică moraretur, parallaxes in longitudinem & latitudinem discreverint, nemini mirum videri debet, etiam in ipsis Eclipsibus adhuc qvædam limanda latitare, nec non minima qvædam, in ipsis fundamentalibus observationibus restare emendanda. Hæc de parallaxi, qvæ qvamvis præcipuæ ad Solares Eclipses spectare videtur, hic tamen præteriri nullo modo potuit, monuisse sufficiat.

Alterum in motu Lunæ etiam probe notandum, est ipsa Reductio ad Ecliptică. Cum enim Lunæ orbita ab Ecliptica ultra 5° dehiscat, ac proinde ☽ bis tantum per mensem in ☌ vel ☍ inveniatur, reliqvum tempus semper extra Ecliptică moveatur. *Ejus vero motus, ut cum aliorum Siderum motu ritè componi possit, reductione ad Eclipticam indiget; & interdum vice versâ ab Ecliptica ad orbitam.* Utrumq; per Tabellulam fol. 229 obtinetur. Ibi enim veræ distantiæ Lunæ à ☌ (quæ aliàs argumentum latitudinis dicitur) signa in Fronte, vel Calce, Gradus verò signis frontis adhærentes, in siniſtro; signorum in calce positorum appendices, in dextro margine qværuntur; & dat communis concursus, scrupula, & secunda juxta titulos vel Frontis subtrahenda; vel calcis addenda, scilicet ubi locus orbitæ ad Eclipticam reducitur. Contrarium vero titulor: fit, qvando locus Eclipticæ ad orbitam reducitur. *Ut in superiori exemplo; erat locus Lunæ in orbita, Sig.* 0 7°. 49′. 43″. *Argumentũ qvoq; lat. Sig.* 1. 8° 26′, *cum qvo ingredior Tabell. Reduct. fol. 229 & in venio S. 1 in Fronte mediæ columnæ superscriptum* 38 *gr. verò in margine siniſtro, & excerpo (adhibitâ correctione)* 6′. 49″, *qvæ titulus Frontis jubet subtrahere à loco in orbitâ, & remanet L. Dæ in Ecliptică Sig.* 0. 7°. 42′. 54″. Contrarium facerem si locus Eclipticæ ad orbitam reducendus esset.

TERTIO, ratio mihi reddenda est, cur latitudinis Lunæ duas Tabulas exhibeam? Fol: enim 223 usq; 225. Lunæ Tab: IV. Latitudinaria Tychonica: fol. 226 usq; 228 Tab. V. latitud. Keppleriana exstat. Dicam breviter. Tycho, qvamvis Sole circa nodos versante, Lunam in □ à Sole ita observaverit, & calculo qvoq; exhibeat, ut maximæ latitudinis limes Antiqvor. traditionem triente ferè gradus superet, qvamvis etiam per ☌ & ☍ reciprocationem menstruam, Sole versante in octantibus, à nodis Lunæ latitudinem iis in locis maxime variabilem; imò in contrariam plagam permutabilem, commode satis exprimit. Lunam tamen ipsam è Solis copulâ parvo angulo emittit; scilicet 4°. 58′. 30″. Verum Kepplerus diligentiùs perqvirendo Eclipses, statuit Lunam à Sole circa nodos constituto, exire ang. maximo scilicet 5°. 18′. Hæ duæ diversæ

diversæ sententiæ, & diversitatem hypotheseos, & diversum effectum sortitæ sunt. Placuit igitur Marito utramq; seorsim Hypothesin calculo exprimi, & in publicum statui, ut Artifices utramq; cùm inter se, tùm suis cum observatis conferre, & qvæ hæc in parte adhuc restant limanda, eo feliciùs corrigi possent, licet enim differentia inter utramq; 3. scr. rarò 4 nunqvam excedat, ipsæq. sæpius coincidant; suscepi tamen in mè & hunc laborem satis intricatum, ut Veritas, collatis accuratis observationibus, eò felicius erui posset. Hoc saltem Lector notare velit, Nodos Tychoni menstruè ad ☽æ à Sole elongationem librari in semidiametrum; ut vocant. Kepplero verò annuè, ad Solis à Nodis distantiam, & in diametrum. Ubi sane, si causæ physicæ valere debent, penes Kepplerum major, & evidentior demonstrationis vis deprehenditur: sed itemi hanc, neq. meam faciam, neq; dirimam.

Tandem in gratiam illorum, qvi phasin Lunæ diligentiùs rimantur, fol. 286. Tabellulam exhibeo scrupulor. projectivorum partis Luminosæ in discum Lunæ, in ea proportione, qvâ diameter Lunæ ponitur 60′. 0″. Modus eâ utendi est, ut ad propositum temporis momentum, qvo ☽æ phasin qvis præfigurare vult, loc. ☉is à loco ☽æ subtrahat, signaq; ejus distantiæ vel in Fronte; scilicet ante plenilunium; vel in Calce post plenilunium, gradus vero ante plenil: in siniſtro: post Plenilunium in dextro margine inqvirat, & dat angulus communis (corr. corrig.) scrupula projectiva qvæsita. Exempli gratia. *Sit ☉ in* 28°. 32′. ♒ *qvod Signis numerarius ita scribitur: sig.* 10. 28°. 32′, ☽ *vero teneat* 12°. 52′ ♋ *nempe sig.* 3. 12°. 52′; *qværuntur scr. projectiva. Ergo subtracto loco Solis, à loco Lunæ, restant sig.* 4. 14°. 20′, *distantia Lunæ à Sole; cum hac introeo Tabell: dictam, & invenio sig.* 4 *in fronte,* 14° *in margine siniſtro, & dat ang. communis* 51′. 17″, *sequentis vero lineæ numerus crescit per* 22″; *ergo pro adhærentibus* 20′ *partem proport. qværo, hac analogia:* 1° *sive* 60′ *marginis dant in area* 22″ *incrementi, qvantum dabunt* 20′? *facit* 7″ *qvæ addita ad* 51′. 17″, *producunt scr. projectiva qvæsita* 51′. 24″, *horum complem: ad* 60′. 0″, *sunt* 8′. 36″, *scr. projectiva partis Lunæ obscuræ.*

USUS horum scrupulor. est, 1. ut veram & demonstrativam Lunæ phasin accuratissime definiant, ducto enim circulo qvantocunq;, ejusq; diametro in 60 particulas divisâ, unaq; particula in 60″, qvantum qvidem possibile, incipiendo ante plenilunium à plaga occidentali, post plenilunium à plag: Orientali, numerentur scr: illa projectiva, & ubi desinunt, notetur locus ille punctulo; hoc cum extremitatibus diametri erectæ, circuli segmento, per hæc tria puncta ducto, connexum; dat phasin Lunæ demonstrativam. 2. USUS est, ut cognitâ ad id Temporis momentum diametro Lunari, latitudinem partis lucidæ etiam in ipso scr. sec: determinent; idq; per solam multiplicationem scrupulor. in datum Lunæ diametrum: Exempli gratiâ. *Dentur ut supra scr. projectiva* 51′. 24″, *deturq; diameter Lunæ* 31′. 0″, *hæ invicem multiplicatæ dant* 26′. 33″. 24‴. *latitudinem lucidæ scrupulosissimè determinatam. Si vero data fuisset diameter* 30′ 0″, *fieret pars lucida* 25′. 42″. 3. USUS est, in artificiosâ collocatione macularum Lunarium (beneficio sectionis luminosæ) secundum longitudinem; sive qvis à centro disci versus circumferentiam: sive à circumferentiâ versus centrum; initium numerationis sumserit, locandarum. Item in inqvirenda qvantitate *ARCUS LIBRATIONIS*, qvo fibræ Lunæ remiges Terripetæ, ipsum hemisphærium Terræ obversum, & consequenter maculas, ab ortu versus occasum, ad ipsam apparentiam sensualem detrudunt, in certa proportione: Terrifugæ vero è contrario, versus ortum ad occasu, easdem reciprocant. Hoc enim invento, non solum macular: ab invicem emotio; demonstrativè infertur: sed etiam ipsius Hipotheseos physicæ, qvantitatisq; prosthaphæreseum in Luna, ocularis qvasi dabitur demonstratio; de qvo non est dicendi locus.

Docti & exercitati Artifices, me tacente, hæc, & hisce majora præstabunt, vel admoniti his verbis, perse omnia plana invenient. Et tantum de Lunâ.

CAPUT XIX.

ET SECUNDÆ TABULARUM PARTIS CONCLUSIVUM, COMPLECTENS, PARTIM JUCUNDAM RATIONEM, QVOMODO PER VIAM INDIRECTAM EXERCEATUR ASTRONOMIA, IN ERRONIBUS QVINQVE ♄.♃.♂.♀.☿: PARTIM PROBLEMATA MAGIS ARDUA, PRO MAJORI ARTIS PERFECTIONE, ARTIFICIBUS AD SOLVENDUM PROPOSITA.

In tertiis horum Planetarum Tabulis, tres anguli Geometrico vinculo tam arctè, cum inter se invicem; tùm etiam cùm primis & secundis Tabulis tacitè cohærent; ut nonnullos hactenus inusitatos effectus edere possint, qvorũ unus est seqvens jucundũ problema. *Dato è Tabula Solis, ad Tempus propositum, loco Apogæi Solis, datâq; alicujus horum Planetarum luxatione absidis [qvæ nihil aliud est, qvam distantia ejus aphelii ab apogæo Solis] datâ insuper, vel positâ, ejus verâ ab aphelii distantiâ: nec non concessâ, vel suppositâ commutat: per solum horũ datorũ additionem invicem factam, & subtractionem, prodere locum Solis, verum, & applicatione anguli ad centrum Telluris, ipsum locum Planetæ.*

Ut DUÆ sunt Planetarum sectæ, Superior: in qva ♄.♃.♂; & inferior: in qva ♀ & ☿: ita qvoq; duplex est operandi modus. In superioribus qvidem addantur in unam summam: long: apogæi Solis luxatio absidum; vera Planetæ dist: ab aph: data, vel supposita; & commutatio data, vel supposita & fit ver9 locus Solis. Deinde per veram distantiam Planetæ ab aphelio, & commutationem, excerpitur è tertia Tabula æqvatio, (non neglecta correctione, si ea opus fuerit) hæc, si commut. 6 signa non excesserit, subtrahatur à commutatione; vel si commutatio major fuerit 6 Signis, addatur commutationi, & summam è 12 Signis subtrahatur, sic provenit utrobiq; angulus ad centrum Terræ, qvi ibi in primo casu, à ☉is loco subtractus: hic in secundo casu, loco ☉is additus, exhibet locũ Planetæ Geocentricum. 1. Exempl. in ♄no: *Detur longitudo Apogæi ☉is S.3. 6°.34'.34", & luxatio absidum sive distantia aphelii ♄ni à long. apog. Solis, sig. 5. 20°. 25'. 0". Donatur ut nota dist. Saturni ab aphelio, sig. 6. 2°. 39'. 10"; detur qvoq; commutatio sig. 8. 4°. 37' 30", Terminus scilicet stationis secundæ, huic distantiæ ab aphelio competens. Ergo pro loco Solis has datas numeror. species invicem adde, & acqvires locum Solis sig. 11 4°. 16'. 14". Deinde cum vera distantia ab aphelio & commutatione, è tertiâ Tabula fol. 97, excerpo 5°. 58'. 2" æqvatio: sive differentiam loci Geocentrici ab Heliocentrico, qvam ad commutationem (qvia excedit 6. sig.) addo, fiunt Sig. 8. 10°. 35'. 32", qvæ subtracta ab integro circulo s. 12 sig. relinqvunt sig. 3 19°. 24'. 28". angulum ad centr. Terræ, hic, qvia commutatio est ex altero semicirculo, additur ad locum Solis, & fit locus ♄ni Geocentricus qvæsitus S.2. 23°. 40'. 42", id est, 23°. 41'. ♊. Id accidit hoc anno 1650. 12 vel 22 Febr., hor. 2½ ferè post merid. eo qvippe momento ☉ fuit in 4°. 16' 14" ♓, ut jam computavimus, ♄no in 23°. 41' ♊, VI DEMONSTRATIONIS stationem incipiente Retrog. utut Ephemerid. ipsum ea die: faciant. Qvod si qvis insuper locum ♄ni heliocentricum computare voluerit; is æqvationem contra, qvàm tituli frontis jubent (hic addenda est) loco Planetæ Geocentrico applicabit, & proveniet locus Planetæ è centro Solis conspectus qvem qværimus. *In hoc exemplo, additis 5°. 58'. 2" ad S. 2. 23°. 40'. 42", fit locus ♄ heliocentricus S. 2 29°. 38'. 44".* 2. Exempl. in JOVE. *Detur long. apogæi Solis S. 3 6°. 34' 34", luxatio absidum ☉ & ♃vis S. 3 0°. 56'. 4", sit qvoq; data vel supposita dist. ab aphelio sig. 0 22°. 19'. 34", nec non commut. S. 4. 4°. 21'. 14". Terminus scilicet stat. primæ in hac*

IN SATURNO *Typus operationis.*

	Sig. gr.	′	″	Sig. gr.	′	″	
L. Apog. ☉	3.	6.	34.	34			
luxat. absid.	5.	20.	25.	0			
dist. ab aph.	6.	2.	39.	10			
Commutat.	8.	4.	37.	30	8.	4.	37. 30 Commut.
locus Solis	11.	4.	16.	14	5.	58.	2 æqvatio
ang. ad T. add.	3.	19.	24.	28	8.	10.	35. 32 Summa
loc. ♄ qvæsit.	2.	23.	40.	42	3.	19	24. 28 Compl. est ipse angulus ad centrum Terræ

in hac ab aph. dist.; qværitur locus ☉, & Jovis. Ergo sub 4 numeror. serie addo, & fit summa S. 11. 4°. 11'. 26‴ vera long. ☉. Hinc per datam ver: ab aph. dist. & commutationẽ f. 114 excerpo æqvationem 9°. 30'. 55" subtrahendam è commutatione, ut fiat ang. ad cent. Terræ S. 3. 24°. 50'. 19", & ipse subtrahendus à loco Solis; ita fit long. Geocentr. Sig. 7. 9°. 21'. 7" 4is stationem primam incipientis. Incidit qvoq; hæc Jovis statio in eundem ½½ diem Febr. hujus anni, qvod certe rarissimum est, superiores eadem ferè horâ stationem suam incipere; ubi notandũ: harum Tabularũ calculum ipsâ Tempestate approbatum fuisse, tanto, tamq; decumano ventor. impetu passim ædificia prosternente, & disjiciente, hanc superior: motus permutationem signante. 3 Exempl. in ♂. *Detur long. apogæi ☉, sig. 3. 5°. 33'. 35", luxatio absid. ☉ & Martis sig. 1 23°. 14'. 53", ponatur qvoq; dist. Martis ab aphelio Sig. 1. 10°. 42'. 52", nec non commutatio S. 3. 19°. 11'. 5". Hi 4 numeror. series additæ, dant locum Solis sig. 9. 28°. 42'. 25". Cum dist. vero ab aphelio & commutatione fol. 140 excerpitur æqvatio 35°. 31'. 12", id est, sig. 1 5°. 31'. 12" subtrahenda commutationi, ut remaneat ang. ad centr. Telluris sig. 2. 13°. 39'. 53", hoc in loco (qvia commut. 6 sig. non assequitur) subtrahendus veræ longitudini Solis, & relinqvitur verus locus ♂ Geocentricus sig. 7. 15°. 2'. 32"; cui si æqvationem inventam subtraxero, relinqvetur locus ♂ heliocentricus sig. 6. 9°. 31'. 20".* Atq; hæc ☉ & Martis fuit constitutio Anno 1591. 19 vel 9 Jan. manè hora 4, qvando ♂ Jovem Eclipsabat.

Typus operationis IN MARTE.

	Sig.	gr.	′	″	Sig.	gr.	′	″	
Apog. Solis	3.	5.	33.	35					
luxat. absid.	1.	23.	14.	53					
dist. ab aph.	1.	10.	42.	52					
Commutat.	3.	19.	11.	5	3.	19.	11.	5	Commut.
locus Solis	9	28	42.	25	1.	5.	31.	12	æqvat.
ang. ad Ter.	2.	13.	39.	53	2.	13.	39.	53	angulus ad Terram.
lon. ♂ Geoc.	7.	15.	2.	32					

In inferioribus modus hic parum variat. Locus enim apogæi Solis, luxatio absidum, & distantia Planetæ ab aphelio, invicem adduntur, & fit long. Plan: heliocentrica; ab ista summa subtrahitur commutatio, qvod restat, est verus locus Solis qvæsitus. Deinde qvæ cum dist. ab aphelio, & commutatione, è tertia Tabula excerpitur æqvatio, est ipse ang. ad centr. Terræ, retinens titulum Frontis Tabulæ tertiæ; scilicet in 1° commutationis semicirculo additur ad ver. loc. ☉is; In secundo ab eodem subtrahitur; & provenit utrobiq; v. l. Planetæ Geocentr: qvæsita.

4. ♀. *Detur locus apogæi Solis sig. 3. 5°. 17'. 6", nec non luxatio abs. ☉ & Veneris, vel qvod idem est, differentia aphelii ♀ ab apogæo Solis sig. 6. 25°. 23'. 3". Detur qvoq; vera ♀ ab aphelio distantia sig. 4. 23°. 26'. 8", & supposita commutatione sig. 8. 21°. 43'. 28", qværantur tàm verus locus Solis, qvàm ♀ Geocentricus. Ergo, fac summam è loco apogæi Solis, luxatione absidum, & ♀ ab aphelii distantiâ, qvæ est S. 2. 24°. 6'. 17", ipsa longit. ♀ heliocentrica; ab hac aufer commutationem, & relinqvitur verꝰ locus Solis sig. 6. 2°. 22'. 49". Hinc cum verâ dist. ab. aph., & commutatione excerpitur æqvatio 38°. 27'. 51", id est, sig. 1. 8°. 27'. 51" subtrah. à vero loco Solis & remanet verus locꝰ ♀ Geocentricus sig. 4. 23°. 54'. 58".* Ea Solis & Veneris erat dispositio Anꝺ CHR. 1574, die 16 Septembr. manè Hora 4tâ, qvando ♀ stellam fixam, qvæ Regulus vocatur, Eclipsabat.

Typus operationis IN VENERE.

	Sig.	gr.	′	″	
locus apog. ☉	3.	5.	17.	6	
luxat. absid.	6.	25.	23.	3	
d. ♀ ab aph.	4.	23	26.	8	Distantia ab aphelio & commutatio dant æqvationem 38°. 27'. 51" subtrahendam.
long. ♀ helioc.	2.	24.	6.	17	
Commutatio	8.	21.	43.	28	
V. loc. Solis	6.	2.	22.	49	
æqvat. subtr.	1.	8.	27.	51	
V. l. Geocent.	4.	23.	54.	58	

5. Exempl: in Mercurio. *Detur locus apogæi Solis 3 Sig. 6°. 34'. 38''. luxatio absidum 5. sig. 7°. 40'. 50''. Vera qvoq; dist. ab aphelio 8 sig. 3°. 35'. 40''. Tandem etiam Commut. scilicet ea, qvam primæ stationis Terminus hoc loco exigit, nempe Sig. 4. 24°. 43'. 30''. qværitur locus Solis & Mercurii. Ergo priores tres invicem adduntur fit summa 4. Sig. 17° 51'. 8''. qvæ est ipse locus heliocentricus ☿. Ab hoc summa subtrahe commutationem, remanet locus Solis qvæsitus 11 sig. 23°. 7'. 38''. Hinc cum vera Planetæ ab aphelio distantiâ, & commutatione extrahitur è tertia Tab. æqvatio 35°. 16'. 10'' add. ad verum locum Solis, & fit locus Mercurii Geocentricus Sig. 0. 8°. 23'. 48''* Atq; hæc Solis & Mercurii, constitutio incidit hoc Anno 1650. 13 vel 3 Martii in ipsam qvasi meridiem, respectu Meridiani Tabularum, ibi enim ☿ in 8°. 24' ♈ fit stationarius; non Retrogradus (ut nonnullæ Ephemerides habent) ne unicum qvidem secundum, retrò vel porrò promovens: sed postera die reverâ fit Retrogradus. Et hic est modus tractandi hujus jucundissimi problematis; data, vel suppositâ qvantacunq; distantia Planetæ: ab aphelio, qvantacunq; commutatione. Eruitur enim & Solis, & Planetæ motus satis accurate, modo locus apogæi ☉, & luxatio absidum ad illud tempus accurate determinentur.

In MERCURIO *Typus operationis.*

	Sig. gr. ′ ″	
Apog. ☉	3. 6. 34. 38	*cum distantia ab aphelio, & commutatione f. 200 excerpitur æqvatio 15°. 16'. 10''*
luvat. absc.	5. 7. 40. 50	
dist. ab aph.	8. 3 35. 40	
loc. helioc.	4. 17. 51. 8	
Commutat.	4. 24. 43. 30	
v. locus Solis	11. 23. 7. 38	
æqvatio	add. 15. 16. 10	
v. l. Geocent.	0. 8. 23. 48	

Possem hîc problema convertere, & ostendere, qvomodo datâ long: ne Apog. Solaris, & absidum luxatione, nec non dato, vel supposito vero L. Solis, & Planetæ Geocentrico, vera dist. ab aphelio, nec non Commutatio inveniantur; qvæ res ut per se jucunda: ita in Theoriar: ex observatis investigandis, & corrigendis Elementis, magni & expediti usus est: sed prudentes Artifices his admoniti, per se sine prævio exemplo, id facile præstabunt. Tantum de primo hujus capitis membro; seqvitur Alterum.

Inveniuntur plurima præstantissima, & in Artis incrementum nata ingenia, honestè & Laudabiliter curiosa, qvæ si sua Sacra moverent, incredibile qvanto forent Arti emolumento. In eorum gratiam non in consultum visum est marito, seqventia problemata vice cotis fungentia, publicè ad solvendum proponi. Qvorum

I. GEOMETRICUM.

Data lineâ in æqvaliter bisecta, si è puncto intersectionis mensurâ partis minoris, ut radio semicirculo circinetur; à fine vero partis majoris, per istũ semicirculum alia recta, semicirculum secans, ducatur. Concessâ prius partium istius lineæ adinvicem proportione, & angulo, qvem istæ duæ lineæ formant, vel dato, vel supposito; dare, per unicam analogiam arcum abscissum, qvem problema Apollonei Pergæi reqvirit, & simul utrinq; in ipso scrupulo secundo determinare, arcus à diametro, ad istam lineam desinentes. Hoc problema punctorum stationum, demonstrativè indagandor: officina est, qvantumcunq; diurni & intervalla variaverint; dignũ sanè, de cujus solutione Artifices cogitent, ut sine qvo, veros stationis terminos indagare, non videtur possibile.

II. ASTRONOMICUM.

Dato vero loco Solis ex his Tabulis, ejusq; ab apogæo Tempore, nec non è prima Tabula cujusq; Planetæ, Tempore ab aphelio; dare locum ejusdem Planetæ Geocentricum, idq; per peculiarem Tabulam in hunc usum extruendam. Pulcherrimus qvoq; hic est modus: Sed temporaneus magis, qvam reliqvi: interim ad aliqvot secula retrò & porrò numerando, satis accuratus.

III. ASTRONOM-ARITHMETICUM.

Cuilibet Planetæ in suo motu longitudinis, invenire certum cyclum, id est, certos annos integros, qvibus Planeta ad principium vel idem v. proximum revolvitur, eoq; dato, dare æqvationes cyclicas, qvarum beneficio verus locus Planetar: per solam additionem, v. subtractionem, ad annos & dies cyclicè Symbolizatos reducitur; & sic motus veri per unum cyclum exputati, ad longam annor: seriem, cyclum v. antecedentẽ v. seqventẽ transponuntur. Qvæ res tantæ jucunditatis est; qvantæ etiam utilitatis praxis v. exercitatissimũ in calculo reqvirit, qvod facilè experientur, qvi periculum facient. Tantum de Tabulis partis secundæ inculcasse sufficiat. Seqvitur

DE USU TABULARUM TERTIÆ PARTIS

CAPUT XX.

EA, QVÆ CIRCA TERTIAM TABULARUM PARTEM OCCURRUNT, IN GENERE ADUMBRANS.

Tertia Tabularum pars in se complectitur omnia reqvisita ad calculum Eclipsium necessaria, qvæ si ritè excerpuntur, & juxta modum hic præscribendum applicantur, ad omnia exacta præsentia, & futura Secula, obscurationes s. Eclipses Luminarium infallibiliter monstrabunt.

Est autem ECLIPSIS *s. deliqvium,* (pro ut hic consideratur,) *disci, vel per se (ut Solis) vel participativè (ut Lunæ, Telluris) luminosi, ab alio disco opaco, & tenebroso, ad apparentiam se supergrediente, facta obscuratio.* Verum anteqvam lector Astrophilus ipsum calculum tentet, consultum est, ut voculas Technicas, sive terminos, tam in Tabulis ipsis; qvàm in præceptis occurrentes sibi familiares reddat; qvibus probe cognitis, res ipsæ & comprehensu faciles fient, & omnia obscuritate remotâ, planissima facient. Sunt v. magis usitati, hi seqventes.

1. ☌☉☊, *id est Conjunctio Solis cum Nodo Lunæ evehente seu Boreo, ut vulgo vocatur cum capite Draconis est, qvando centrum Solis, motu medio, illud Ecliptica punctum attingit, in qvo orbita Lunæ versus boream nutans, Eclipticam intersecat; Et tempus, qvo hoc accidit, vocatur Clavis Ecliptica ad Nodum boreum. Sic* ☌☉☋ *id est, Conjunctio s. obviatio Solis cum Nodo Lunæ Australi, v. caudâ draconis, vulgariter dictâ, est qvando Solis centrum motu medio attingit illud Ecliptica punctum, in qvo tunc temporis orbita Lunæ versus Austrum nutans, Eclipticam intersecat: & tempus in qvo hæc obviatio accidit, vocatur Clavis Ecliptica ad Nodum Australem.*

2. AUREI NUMERI, *à præclaro, qvem præstant, usu, sic dicti, sunt Novendecim Numeri antiqvo Characlere Latino signati, & per annos seculi nostri naturali numeror: ordine dispositi; reductioneq; Seculari ad omnia Secula reducibiles; in Typo suo fol. 234 digesti, ad qvosvis propositos annos, Novi Lunia & Plenilunia, cyclica; & hinc ipsum Tempus Eclipseos eminùs ostendentes.*

3. COPULA VERA dicitur, quando locus centri Lunæ ad Eclipticam reductus, in eodem prorsus, quoad longitudinem puncto, coincidit cum loco centri Solaris.

4. COPULA VISA est, quando locus centri Lunæ visibilis ad Eclipticam reductus, idem prorsus punctum Ecliptice cum centro Solis occupat.

5 VERA LATITUDO LUNÆ, vocatur vera distantia ab Eclipticâ versus vel Boream; vel Austrum, quæ conspicitur è centro Terræ; & quam calculus monstrat: VISA vero LATITUDO est eadem distantia, è Terræ superficie apparens, & parallaxi alterata.

6. DISCUS SOLARIS est ipsa Oculis apparens Solis figura circularis, medio quasi gradu longa, & lata.

7. DISCUS LUNARIS est ipsa oculis apparens Lunæ figura circularis, modo paululo minor, modo major, nunquam tamen ultra $2\frac{1}{4}'$ scrupula varians.

8. DISCUS TELLURIS est externa forma Telluris circularis, oculo in centro Lunæ, vel æquali cum eo distantiâ constituto, apparens; cujus latitudo & longitudo semper æquatur duplo parallaxeos Lunæ totalis (quantus enim in superficie Terræ est angulus parallaxis totalis in centro Lunæ formatus: tantus quoq; in eodem centro Lunæ, est dimidius angulus coni visivi, consequenter totus duplus parallaxeos) ut si parallaxis Lunæ totalis detur 61', DISCUS Telluris in tantâ à Tellure distantiâ, quantam centrum Lunæ tunc habet, fit, 122 scr: id est 2°. 2'.

9. DISCUS DEFICIENS, sive deliquio obnoxius, vocatur illius corporis, quod obscurationem pati debet, ut in Eclipsi Lunæ, discus Lunaris; in Solari, ipse discus Solaris; in obtenebratione, ipse discus Telluris è ☽ conspectus.

10. DISCUS OBSCURANS est, qui luminosum obscurat. In Eclipsi quidem Lunæ, discus umbræ Telluris: In Eclipsi Solari, discus Lunæ. In interseptione disci Telluris, discus penumbræ.

11. UMBRA TERRÆ ut hic consideratur, non est imago Terræ, Soli directè expositæ, diametraliter radiando emanans, tractum Soli directè oppositum obtenebrans, quævis vero opposita quæ attingit, inumbrans: (ita enim Physicè consideratur) Sed est sectio umbræ conicæ in Lunæ Trajectu quasi abscissæ, & proinde in formâ disci circularis, ☽am inumbrans.

12. UMBRA LUNÆ est sectio umbræ ejusdem conicæ, in loco, ubi terræ superficiem attingit quasi abscissa, & in forma disceli parvi, cujus ubi maximus est, Semidiameter $1\frac{1}{2}'$ non superat, Terram inumbrans; eoq;, in ipsa die, tenebras nocturnis similes, imo, interdum majores inducens.

13. PENUMBRA, duplici de causa ita dicitur; primò enim, quo nomine peninsulam vocamus Terræ firmæ partem, Mari in circuitu, magna quidem ex parte, circumfusam, non tamen ex toto: ita etiam hic penumbram, discum obscurum, luminoso permixtum: Secundò, effectus remissione; vera enim umbra Terræ in Luna, & vera umbra Lunæ in Terra, tenebras nocturnas causatur. Penumbra vero, quæ semper aliquid luminis admixtum habet, non crasse: sed leniter solummodo obscurat; id quod è debilitatione Lunaris luminis inumbrationem, ipsam aliquandiu precedente, in Eclipsi Lunari patet.

14. OBSCURATIO OMNIMODA vocatur omnis in luminoso ab obscurante facta interseptio, quæ quacunq; ratione, à principio ad finem sentiri potest, s. totalis sit: s. partialis, sive cum, sive sine morâ.

15. OBSCURATIO totalis est, quâ discus obscurans luminosum ex toto obscurat; sive id fiat momentanee, sive cum aliquantâ morâ.

16. OBSCURATIO PARTIALIS est, qua luminosus discus non totus: sed solummodo aliqua ejus pars, ab obscurante Eclipsatur.

17. DURATIO OMNIMODA est tractus Temporis continuus, in horis & minutis, ab eo momento, quo discus obscurans, & luminosus se primum contingunt; usq; dum absolutâ obscuratione, ultimò à se invicem separantur, numeratus.

18. MORA est illud Temporis spatium, quod à momento incidentiæ, usq; ad momentum emersionis continuè durat.

19. SCRU

19. INCIDENTIA dicitur disci luminosi in obtenebrantem totalis immersio. Emersio v. ejusdem, est prima post totalem obscurationem, luminis recuperatio.

20. TRAMES VISIBILIS dicitur linea, quam apparens, & visus centri Lunaris motus sub cælo stellato, nobis è superficie globi Terrestris id spectantibus, describit

21. PERENDICULUM est linea, è centrò Solis in Tramitem, ad rectos angulos demissa, designans punctum maximæ obscurationis, quæ sub tali situ Luminarium obtingere potest.

22. DIGITUS ECLIPTICUS est 12-ma pars diametri disci deficientis.

23. SCRUPULA DEFECTUS sunt minuta & secunda, in diametro disci deficientis numerata, è subtractione arcus latitudinis à summâ semidiametror: deficientis, & obscurantis residua.

24. SCRUPULA DIMIDIÆ DURATIONIS OMNIMODÆ sunt min: & sec: numerata in ea linea, quam in Eclipsi centrum disci motus celerioris, ab eo momento, quo discus deficiens & obscurans primo omnium sese contingunt, usq; ad maximam obscurationem, motu suo describit. Huic lineæ prorsus æqualis est ea, quæ à maximæ obscurationis puncto, & momento ad ultimam discorum ab invicem separationem, ab ejusdem centri motu, describitur.

25. SCRUPULA DIMIDIÆ MORÆ sunt min: & sec: quæ centrum disci celerioris motus, à momento incidentiæ, ad maximæ obscurationis momentum, conficit; quibus semper æqualia sunt scrupula à momento maximæ obscurationis, ad momentum primæ emersionis, ab eodem centro perambulata.

26. HORARIUS Solis est arculus Ecliptice, quem ☉ spatio unius horæ peragrat.

27. HORAR: LUNÆ hypothetice verus est arcus orbitæ, quem ☽ motu primum æquato, sine mixtura variationis menstruæ, per unam horam conficit.

28. HORARIUS Lunæ absolutè verus, est arcus orbitæ, quem ☽ motu tàm hypothetice, quàm menstruè æquato, per unam horam conficit.

29 HORARIUS LUNÆ VISUS sive apparens, est arcus, pro re nata vel Ecliptice, vel tramitis visibilis, quem ☽ ad visum, & apparentiam Terricolarum, spacio horario perambulat.

30. HORARIUS LUNÆ à Sole, est arcus, quo Lunæ horarius horarium Solis superat, est q; juxta præmissos tres Lunæ horarios, etiam Triplex; scilicet hypothetice verus, absolutè verus, & visibilis.

32. PARALLAXIS LUNÆ à Sole, est arcus circuli verticalis, quo Lunæ parallaxis Solis parallaxin superat.

33. PARALLAXIS LUNÆ TOTALIS, est portio circuli verticalis, quo Lunæ in horizonte constitutæ, & ex superficie Terræ à Terricolis conspectæ locus, ab eo, quem è centro Terræ conspecta (qui etiam verus dicitur) occupat, deorsum deprimitur.

34. PARALLAXIS ALTITUDINIS (quâ quidem hæ Tabulæ in praxi non indigent) est portio circuli verticalis, denotans, quantùm in certâ altitudine Lunæ ab horizonte, linea à Terræ superficie per centrum ☽næ ducta aberret, deorsum tendendo, ab eâ, quæ per idem centrum, è centro Terræ ducitur.

35. PARALLAXIS LONGITUDINIS LUNÆ, est portio Ecliptice, exprimens, quot scrup: & secundis parall: Longitudinem Lunæ alteret, locum ejus, in Orientali quidem à Nonagesimo quadrante, in consequentia promovendo, & ita longitudinem ejus augendo; in occidentali v. in antecedentia retrahendo, & hinc longitudinem ejus minuendo.

36. PARALLAXIS LATITUDINIS, est portio circuli latitudinis, exprimens, quot scrupulis & secundis, parall: latitudinem Lunæ alteret, in Septentrionali quidem ab Ecliptica hemisphærio, latitudinem Boream minuendo, Australem augendo: In Australi verò, australem minuendo, Septentrionalem augendo.

37. DIFFERENTIA HORARII visi A VERO, est increm: & decrementum parallax: longitudinis per 1 horam, in eo Lunæ situ obtingens, horariumq; Lunæ verum vel minuens; vel augens, ut fiat apparens.

Termi-

Terminis jam bene intellectis, & rerum cortice qvaſi confracto; reſtant ipſæ res enucleandæ: qvæ cum in praxi conſiſtunt, methodo utiq; analyticâ tractandæ ſunt: nempe ut de fine ſ. propoſito ſcopo COMPUTI Ecliptici, omnium primò ſollicitus ſit calculator; hinc de MEDIIS, qvibus hunc finem aſſeqvatur, cogitet; & Tandem MEDIORUM LEGITIMA APPLICATIONE, applicandiq; modo, rite adminiſtrato, Eclipſes vel FUTURAS INFALLIBILITER PRÆDICAT: vel ab omni ævo OBSERVATAS, DEMONSTRATIVE INFERAT.

Duo vero ſunt (in genere conſiderata) qvæ ſibi pro ſcopo proponit Aſtronomus in hac Eclipſium conſideratione; qvorum PRIMUM eſt, *ut ad qvemcunq; propoſitum annum, ad qvemcunq; propoſitum Terræ locum, tàm certò definiat menſem, diem, horam, & ſcrupulum horæ, qvo vel luminoſus Solis diſcq, in Novilunio, à ſubtercurrente Lunæ diſco opaco, interſepiatur; vel Luminoſus Lunæ diſcus, in plenilunio, à diſco umbræ Telluris tenebroſo, obſcuretur: qvàm, ut qvantitatem defectus, in diſco deficiente; nec non durationem à principio ad finem, prodat, atq; infallibiliter concludat. SECUNDUM eſt, ut cognitâ Lunæ cum Sole copulâ Ecliptic â; calculo demonſtret, interſeptionem diſci Telluris, à diſco penumbræ factam, atq; exeâ determinet, loca Telluris, qvoad longitudinem, & latitudinem, qvibus Phaſis qvælibet contingat,* (Notandum eſt, ultimum hoc ARTIS TENTAMEN ante Kepplerum parum excultum fuiſſe; ipſe primus eſt, qvi hanc glaciem fregit) *& qvamdiu penumbra in diſco Terræ moram trahat?* Cognitâ jam propoſitâ metâ, jubet methodus acqvirere MEDIA, qvorum ope Artifex finem aſſeqvi poterit. Eclipſis enim Lunaris, neq; qvantitas defectus, neq; duratio, & qvæ hanc ſeqvuntur, calculo poterit exprimi; niſi ſemidiametri diſci deficientis, & obſurantis; nec non horarii Lunæ à Sole veri, unà cum latitudine vera, perſpecti habeantur: Hæc vero nunqvam innoteſcunt, niſi vera diſtantia Lunæ ab apogæo; atq; vera. ☌ Ecliptica luminarium, per calculum cognita fuerint. Ea porro commode, & ſine magno calculi diſpendio, ſciri non poſſunt, niſi ejus anni claves Ecliptic æ, ſc: ☌☉☍, & ☌☉♌, nec non Novi- & plenilunia cyclica, per aureum numerum deſignata, palam fiant. In Eclipſi Solari, neq; qvantitas, neq; duratio, definiri poterit, niſi diſci Solaris & Lunaris ſemidiametri, unâ cum viſibili latitud: ☽æ, nec non viſibiles horarii, conſtituerint: ſed neq; ſemidiametri; neq; horarii innoteſcunt, niſi utriq; vera diſt: ab apog: cognita fuerit; nec non, parallaxium increm: & decrem: horarium, ipſæq; parallaxes in long: & latum diſcretæ, perſpectæ fuerint: qvæ omnia dependent, primariò qdem, à vera luminarium à ſuis apogæis diſtantia; ſecundariò, â Tabulis parall: in long: & latum diſcretarum, & differentiis horarii viſi â vero. Diſtantias vero Luminarium ab apogæis, ſine temporis & calculi diſpendio, nemo venabitur, niſi prius claves Ecliptic æ, & novilunia cyclica, clavem hanc proximè circumſtantia nota fuerint. Idem judicium eſt de interſeptione diſci Telluris à penumbra.

His benè Trutinatis, hæc reqviſita MEDIA, in hac Tabularum tertia parte, ita invicem ſibi ſubordinavi, ut primo medio, neceſſariò, etiam primus locus concederetur: ſecundario ſecundus; & ſic ordine, deinceps cuiq; ſuus. Et cum illa clavis nihil aliud ſit, qvam inventio diei, qvo ☉ cum nodis Lunæ, ☊ & ☋, conjungitur: Id circo fol: 231. exhibeo primam Tabulam, in qva, ut Tituli monent, ad ſingulos ſeculi noſtri annos ponuntur; in prima columna, dies anni completi, qvibus ☉ ☊, id eſt, nodo Lunæ boreo, ſeu evehenti, eo anno, juxta medios motus jungitur. In ſecunda, ponuntur dies anni, qvibus exactis, idem ☉, nodo Auſtrali id eſt ☋, medio motu copulatur. In tertia v. columna ponuntur aurei numeri, INDICES noviluniorum cyclicorum.

Eclipti-

Fol: 232. continetur Reductio ſecularis qva noſtri ſeculi claves Ecliptic æ & Aurei, ad qvemvis, cujusq; propoſiti ſeculi annum, reducuntur. Fol: 233, additur tabellula qvæ definit, in qvem cujusq; menſis diem claves Ecliptic æ incidant? Fol: tandem 234, Typus aurei numeri, dies novilunior, & reductivè plenilunior: cyclicorum, eminus oſtendit.

Atq; his tribus Tabulis continetur primum reqviſitum MEDIUM, nempe, ut ſciamus, ad propoſitos annos, qvo menſe, qvoq; ejus menſis die, Eclipſes accidere poſſint.

II. MEDIUM eſt, ut juxta præcepta Cap: XI, ad meridiem ejus diei, qvem aureus numerus monſtrat, vera longit: Solis & Lunæ computentur; diligenterq; conſideretur, qvanto tempore, vera Luminarium copula vel ☌, à meridie ejus diei, removeatur, motus nimirum per horarios tantiſper, vel augendo, vel minuendo, pro renata, dum Tempus veræ copulæ emergat, cujus horæ vel ſcrupula diligenter annotanda ſunt: per Argumentum latitudinis extrahitur vera latitudo, & Reductio ad Eclipticam, è Tabul: f. 235. Et ita ſecundum medium abſolutum erit.

III. MEDIUM eſt, ut per cognitam, ad id temporis momentum Solis ab apogæo diſtantiam, è Tab: V. fol. 236 extrahatur verus ejus horarius, ſemidiameter, parallaxis Solis, & in Eclipſi Lunari, variatio umbræ terreſtris. Cum verà diſtantiâ Lunæ ab apogæo, extrahantur fol: 237 è Tab. VI, verus horarius Lunæ, ſemidiameter Lunæ, parallaxis Lunæ totalis. Et in Eclipſi Lunæ ſemidiameter umbræ terræ tam demonſtrativa, qvam phyſicè contracta.

IV. MEDIUM eſt totalem Lunæ parallaxin accedente angulo Orientis, beneficio Tab: VII, qvæ incipit fol. 238, in long: & latum diſcernere, per eamq; longitudinem & latitudinem viſibilem determinare; et contra; è cognitis parallaxib9 angulum Orientis venari.

V. MEDIUM eſt per Tabulas differentiæ horarii viſi à vero, qvæ incipiunt fol: 248, conſtituere horarium viſibilem, & per eum durationem definire. Hæc ſecundo loco de reqviſitis mediis ſcire convenit.

TERTIA cura eſt, ut Calculator è Tabulis jam nominatis, rectè, excerpat, & ubi correctione per partem proportionalem opus eſt, excerpta corrigat; qvæ poſtmodum juxta præcepti tenorem legitimè applicata, præſtant computum Eclipſium abſolutum.

Excerptionem porrò, excerptorumq; applicationem, unice dirigunt, & ab omni confuſione tuentur TITULI in Tabul. Frontib: ſuperſcripti, & Marginibus adſcripti, eſt, ubi etiam calci ſubſcripti, eam ipſam ob cauſam additi, ut iis, qvi propriis auſpiciis ingenium ſuum in hoc Tabularum exercitio periclitari cupiunt, loco cynoſuræ eſſent, cujus diligentiori intuitu, optatum portum feliciter attingere poſſent. Qvibus aliqvot exemplor: in primo reqviſito, nempe, circa clavem Eclipticam & novi- vel plenilunia cyclica inveſtiganda, oſtenſione viam præibo, ſola excerptione monſtrans, qvomodo in qvovis anno, claves Ecliptic æ, id eſt menſes, eorumq; dies, in qvibus ☉☊ & ☋ obviet; easq; claves proximè circumſtantia novi- & plenilunia, inveniantur. *Occurrunt autem hic ſicut ſupra in computo longitud: & latitudinis Planetarum, tres caſus: vel n. proponuntur Anni ſeculi noſtri, ab anno CHRISTI 1600 in 1700: vel 2. ſeculum noſtrum præcedentes; vel 3. tandem futuri, & ſeculum noſtrum ſeqventes.*

In 1mo casu, cum anno propoſito introeat Lector fol. 231 Tabulam, qværendo annum ſeculi noſtri in margine ſiniſtro; & reſpondet in primâ columnâ, clavis prima, ſcilicet dies anni completus, qvo Sol & nodus Lunæ boreus (☊), medio motu ſibi obviant. In 2dâ columnâ habetur clavis ſecunda, dies anni, qvo Sol cum nodo ☽næ auſtrali (☋), medio motu copulatur. In tertiâ, invenitur Numerus Aureus, qvi eſt index novilunior: cyclicorum.

His

His seorsim ordine positis, qværantur claves dictæ in secunda Tabula f. 233 in area, & dat Frons mensem; margo v. diem ejus mensis, qvo dicta obviatio ☉lis & nodor: contingit (non neglectâ admonitione de anno bissextili, qvæ in calce Tab: extat,) qvæ ordine numeris, prius extractis, subscribantur. Deinde aureus numerus fol: 234 in tertiæ Tabul. margine qværatur, & in ea linea, in iis column: qvibus menses per claves Ecliptic as tacti, proxime superscribuntur, excerpantur numeri, qvi novilun: cyclicum eor: mensium clavem proximè præcedens, aut seqvens monstrat. At ubi de plenilunio qværitur, procedat juxta præceptū in calce ej 9T. subscriptū: q n. ibi conficiuntur Aurei, plenilunia cyclica præterpropter (impossibile n. est, tantam ejus negotii varietatem intra cancellos tàm parvæ Tabulæ, accurate cõerceri) demonstrant. 1mi casus Exempli loco *sit, annus nostri seculi 1654, ad qvem Eclipses computandæ sint. Hic fol. 231 in secundæ sectionis margine invenitur, & respondent ipsi, in prima columnâ 44 dies anni completi, pro ♂☉☌ In secundâ col: pro ♂☉♌ 217 dies. In tertiâ V. Aureo. Numeros ergo inventos ordine scribo, atq; fol. 233, cum 44 diebus extraho 14 d. Februarii, primam clavem Eclipticam, sc: ad nodū boreum, cum 217 diebus, excerpo ex eadem Tabula, 6 Augusti, alteram clavem Ecliptic am, nempe ad nodum australem, harum utramq;, qvamlibet suo numero subscribo, ut in adjuncto Typo apparet. Hinc cum aureo numero V, qvem f. 234 in marginis cellula 6ta invenio sub Febr: in col: secundâ, excerpo 7. est igitur Novilunium cyclicum 7 Februarii, præcedens clavem Eclipticam 7. diebus. Deinde sub Augusto excerpo 2: incidit igitur alterum novilun: cyclic: de Eclipsi suspectum in 2 d: Augusti, præcedens clavem Eclipticam solis 4 diebus. Porrò ut etiam Pleniluniorum dies suspecti innotescant, addo ad Aureum meum V, primò 15 fit summa 20, à qvibus aufero 19, integrum cyclum Aureorum, remanet 1, pro vice aureo primo; secundo ad eundem Aureum V, addo 4 fit summa IX, alter vice Aureus. Hi qvæsiti in dictæ Tab: margine, inveniuntur in cellula 15ta & 16ta, respondetq; 1 Aureo sub Febr: in secunda columnâ 22 Februarii, dies plenilunii cyclici, suspecti de deliqvio. Sub Augusto vero, columnâ octavâ, 17. dies Augusti Plenilunii cyclici, de defectu suspecti. Erunt ergo Anni 1654 hi 4 dies Eclipsib: obnoxii: nempe 7 Febr: (intellige omnes dies de stylo veteri) in qvo ☉; 22 Februarii, in qvo ☽; 2 Augusti: in qvo iter: ☉; 17 Augusti, in qvo ☽, obscurationis arguuntur.* Atq; hæc expeditiss. est ratio expediendi primi hujus reqvisiti: ubi duo diligenter notanda sunt, 1. in prima Tabula, siqvidem obviatio Solis & alterutrius nodi media 346 dies & 15 horas ferè contineat; & hinc plusqvàm 19 diebus ab anno Solari deficiat: si alterutra clavium minus habuerit 19 diebus, tres eo anno Claves esse Eclipticas, & interdum 6 Luminarium deliqvia (si aurei consenserint) expectanda fore. Id qvod nostro seculo accidit Anno CHRISTI 1600, ubi 1 clavis ad ♌ di 11, id est Januar: 12. Altera ad ♌ 184, id est Julii 3. Tertia iterum ad ♌ 357 id est Decembr: 23, utut propter dissensum aurei, 4 solummodo deliqvia fuerint. Idem accidit 1609 in qvo clavis, ad ♌ bis recurrit & proinde 6 eo anno fuerunt deliqvia (intellige juxta stylum Julianum. Tres claves etiam habuit annus 1619. 1628. 1637. 1647. & futuri sic habebunt, scilicet, ann: 1656. 1665. 1674 1684. 1693. ut Tabul: prima ad oculum monstrat.

Typus operationis.

	♂☉☌	♂☉♌	Aurei
1654	dies anni	dies anni	V.
	44	217	15 | 4
	14. Febr:	6. Augusti	20 | 9
Nov: cycl:	7. Febr:	2. Augusti.	19 |
plen. cycl.	22. Febr:	17. Augusti:	1

2. Probè considerandum est, utrum aliqva Eclipsis Solis per claves & aureum ita præcognita, in hemisphærio Septentrionali; an verò in Australi expectanda sit? qvod ex seqvente Regula facile colliget Calculator, nimirum, si Clavem ad ☌ Novilunium aliqvot diebus ante cesserit; vel Clavem ad ♌ aliqvot diebus insecutum fuerit (si qvidem tunc latitudo Lunæ fit australis) hemisphærium nostrum septentrionale hoc deliqvium nullibi sentiet: Contrà si Novilun: Clavem ad ☌ aliqvot diebus in seqvatur; vel Clavem ad ☌ aliqvot diebus antevertat; argumento erit, ejusmodi deliqvium ad nostrum hemisphærium septentrionale spectare, Veluti *in nostro Exemplo, primū Novilunium Clavem ad ☌ præcedit 7 diebus, ergo Eclipsis spectabit ad Australe hemisphærium. Sed alterum, præcedit clavem ad ♌ 4 diebus, ergo, pertinebit ad septentrionales.* Tantum de primo casu & annis nostri seculi.

ALTER CASUS est, cum annus propositus nostrum secul: antecedit; & tunc inqviritur ante omnia, (ut supra in calculo planetarum factum est) Annus nostri seculi, cum proposito anno seculariter symbolizatus; per eumq; extrahuntur claves Ecliptic æ, & Aureus numerus: per intervallum v. seculare f. 232 Reductio secul. cum suo tit. v. pro re natâ, complementū, nec non Aureor. Reductio, juxta titul. in fronte positū applicanda; & postea cū reductis proceditur, sicut in primo casu, hoc diligenter attento si alterutra clavis, per reductionē confecta, minus habuerit 19 diebus, ei numero addendos esse dies 347, nempe integram restitutionem: & habebit ille annus tres claves Eclipticas, ut paulo ante monui.

I. Exemplum: *Detur An. ante NATIV. CHR. 585, & qvarantur claves Ecliptic a, nec non Novil. & plenilunia cyclica, de obscuratione suspecta. Hic qvia tempus datur seculi præteriti, qværo annum sec. nostri cum eo symbolizatum; ut & intervallum seculare, hac ratione: numer. 585 unitate minutum, sc. 584 subtraho à centenario proximè majori, nimirum 600, remanent 16, qvæ addo 1600, fiunt 1616, annus bissextilis, sec. nostri secular. cum proposito anno symbolizatus. Porrò addo 600 ad 1600, fiunt 2200, intervallū seculare. Hinc cum anno 1616 nostri sec. f. 231, extraho claves Eclipticas, & aureum eaq; per reduction: secularem, f. 232. cum intervallo seculari extractam, reduco, ut adscriptus Typus monstrat, & fit clavis ad ☌ 144 dies anni; ad ♌ vero 317; huic è Tabula f. 233, respondet 13 Novembr. (qvia sumus in Anno Bissextili) illi 24 Maii. Sed Aureus III immissus in Tabulam f. 234, dat Novil. cyclicum Maij, 28 diem Maij; Novilun. Nov. 22 diem Novemb. suspecta de obscuratione Solis.* Et fuit die 28 Maij in septentrionali hemisphærio, magna Eclipsis, qvam Thales Milesius Jonibus prædixit. At die 22 Nov. in hemisphærio Australi. *Ex Aureo vero 3, additis 15, & 4. produco duos aureos vicarios 18, & 7, indices plenilunior: de Eclipsi Dari suspectorum qvi extrahunt 13 Maij & 7 Novembr. plenil. cyclica clavibus proxima.*

TYPUS OPERATIONIS.

	AN. CHR.	♂.☉.☌.	♂.☉.♌.	Aureus
	Bis:	1616 59	232	V
	1. S:	2200 adde 85	add. 85	II *subtr.*
		144	317	III 3
Claves		24. Maii	13 Nov.	15. | 4
Novilun.		28. Maii	22 Nov. cycl.	18. | 7
Plenilun.		13. Maii	7 Nov. cycl.	

II. Exemplum. De Pelopida, Boeotorum Duce refert Plutarchus, qvod Legatione apud Artaxerxem defunctus, & jam reversus, contra Alexandrum Pheræorum Tyrannum, nomine Thebanor: expeditionem susceperit. Omnibus rebus celeriter paratis, jamq; profecturo Duce, ☉ defecerit; tenebræq; interdiu Urbem ceperint. Incidit autem hæc expeditio in annum ante CHRISTUM 364 qværitur, qvo mense & die hæc evenerint? *Ergo inqviro annum seculi nostri, cum hoc anno secular. symbolizatum, subtrahendo propositi anni numer. unitate minutum sc. 363 à centenario proximè majore 400, remanent 37, qvæ addita ad 1600, dant annum seculi nostri 1637: 400 qvod, addita ad 1600 dant intervallum seculare 2000. Hinc cum anno CHRISTI 1637 fol. 231, è prima Tab: tertiæ partis extraho 3 claves Eclipticas, binas ad ☌: scil. ♂.☉.☌ 14. 360 ♂.☉.♌. 187, & aureum VII. Cum 2000 verò fol. 232, excerpo Reduct. secularem è 1. columna 172, qvam pro seculis præteritis frons jubet addere; Additis igitur 172 ad primam clavem 14, fiunt 186. Adderem eadem ad alteram clavem 360: sed summa longè superaret integram obviationem. Ergo ex altera columnâ excerpo comple-*

Typus operationis.

AN. CHR.	♂.☉.☌.	♂.☉.♌.	Aureus.
1637	14. 360	187 Rev. 347	VII
2000	172 add. 174 f.	174 min. 13	XI *subt.*
	186 186	13 | 360	XV 15
Claves	6 Jul.	14. Jan. 27 Dec. cy-	15 | 4
Novilun.	14 Jul.	18 Jan. 9 Dec. cli	30 | 9
Plenilun.	29 Jun.	3. Jan. 23 Dec. ca	19
			11

complement. 174, contrarii tituli, hoc enim titulus frontis pro secul. præteri: jubet subtrahere. Subtractis igitur 174 è 360, provenit eadem clavis 186. Tandem etiam clavem ad ♌ scil. 187 reduco, subtrahendo ab eâ complement. dictum 174, remanent 13; Qui numerus cum minor sit numero 19, jubet præceptum ei addere integram restitutionem, sc. 347 ferè; fiunt 360. Fuerunt ergo etiam eo anno 3 claves Ecliptica; prima ad ♈, dua vero ad ♌. Hæ vero claves quæsita in Tab. secunda f. 233, dant ut in adscripto Typo videre est prima 6 Julii. Secunda 14 Januarii. Tertia 27 Decembris. Reductio quoq; Aurei XI. excerpitur, quam titulus frontis jubet pro seculis præteritis subtrahere: Verum quia 11 è 7 subtrahere non possum; mutuo accipiam 19, scilicet cyclum aureor: eaq; 7 addo, fiunt 26, è quibus subtracta 11, relinquunt 15, aureum numerum anni ante CHR. *364 quæsitum. Per hunc igitur f. 234 excerpuntur Novil. cyclica, 14* JULII, *18* JANUARII, *9* DECEMBRIS. *De aliquantâ interseptione suspecta, & quia in Julio Novilun. cyclicũ, clavem ad ♈ 8 diebus sequitur;* fuit ergo in hemisphærio septentrionali Eclipsis Solis, id quod calculus 13 Julii (verum enim novil. à cyclico interdum per unum diem discrepat; quamvis raro id accidat) comprobat, ut postea patebit. *Plenilunia vero suspecta sunt, 29 Junii. 3 Januarii. 23 Decembris.*

III. Exemplum: Idem Plutarchus in Dione refert; Platone tertiò in Siciliam reverso, & causam Dionis apud Dionysium frustrà agente, Heliconem Cyzicenum, unum ex familiaribus Platonis, Solis deliqvium prædixisse: cùmq; ita, ut prædixerat, evenisset, admiratum Tyrannum argenti talento eum donasse. Jam ut cognoscamus, qvo anno hæc Eclipsis acciderit, sciendum est, Dionem militem conscripsisse, & collegisse in Insula, qvæ Zazinthus vocatur, anno ante CHR: 357 mense Augusto: qvam expeditionem qvadriennio præcessit hoc Solis deliqvium. *Ergo fuit annus ante* CHRIST. *361. Cui annus nostri seculi seculariter Symbolizatus respondet 1640 bissextilis, cum intervallo seculari 2000. Quæritur, qvo mense & die deliqvium hoc evenerit? Ergo cum anno* CHRISTI *Bissextil. 1640 excerpantur claves, & per reductionem secularem corrigantur, ut in adjuncto Typo apparet, & provenit Novilunium cyclic. 13 Maij. Verum 12 Maij Bissextilis; eâ die, circa 5. pomeridianam* hoc deliqvium Syracusis apparuit. Sicut è calculo manifestum est.

TYPUS OPERATIONIS.

AN. CHR.	☌.☉.♈.	☌.☉.♌.	Aureus.
B. 1640	305	132	X
S.P. 2000	174 *subtr.*	172 *adde*	XI *subt.*
	131	304	XVIII 18
Claves	11 *Maij*	31 *Octobr.*	15 4
Novilun	13 *Maij*	6 *Novemb.*	33 22
			19 19
			14 3

IV. Exemplum: Anno Olympiadis CXII secundo currente, die 15 Boedromionis tertii mensis Græcorum, 11ma die ante ultimam victoriam ALEXANDRI MAGNI de Dario, ☽ defecit ad Gaugamelum, hora noctis secunda: sed in Sicilia observat; est hoc deliqvium, in ipso ortu Lunæ. (Vide Plinium Lib. II Cap. 72) Qværitur mensis, & dies styli Juliani retro extensi, in qvo dicta Eclipsis accidit. *Olympiades Completæ CXI, multiplicatæ per 4, faciunt annos 444; his adde 1 annum completum Olympiadis CXIIma currentis, fiunt 445; qvi subtracti ab annis Epochæ Olympiadum 776, relinqvunt annum ante nativitatem* CHR: DOMINI *331. cui hoc anno seculare symbol. habet 1670, & si intervall. seculare 2000. Cum his excerpo, ut adjunctus Typus monstrat, clavẽ, scil. Eclipticam ad ♈ 22. Septem. Cum vicario Aureo VI, plenil. cyclicum 20 Septembris, nempe diem quæsitum, qvo ab utroq; Exercitu deliqvium hoc observatum est.*

TYPUS OPERATIONIS.

AN. CHR.	☌.☉.♈.	☌.☉.♌.	Aureus
1670	92	266	II *subtr.*
2000	172 *add.*	174 *subtr.*	XI
	264	92	X 10
Claves	22. *Sept.*	3 *Apr.*	15 4
Nov. cycl.	6. *Sept.*	11 *April.*	25 14
Plenilun.	20 *Sept.*	26 *Martii*	19
			6

V. Exemplum. Plinius dicto loco ita pergit: & Solis defectũ Ulpiano & Fontejo Consulibus, qvi fuerunt ante paucos Annos, factum pridie calendas Majas Campania, hora diei inter 7mam, & 8vam sensit. Corbulo Dux in Armeniâ inter horam diei X & XI, prodidit visum, circuitu Globi alia aliis detegente, & occultante. Hæc Plinius.

Qværitur

Qværitur jam, in qvem annum CHRISTI Domini, indice hac Eclipsi, Consulatus Ulpiani & Fonteii incidat? ut Astronomus ex his Tabulis deliqvium hoc computare possit. Cum igitur Plinius, qvi hoc scribit, circa annum CHR: 72 in incendio montis Vesuvii, qvi sub Tito Imperatore accidit, halitu suffocatus, periit; apparet annum hunc in primæ centenar: post CHRISTUM incidere. Ut seculare intervallum cum nostri seculi annis sit 1600: nec non annum CHR: 72 antecedere. Et qvia dies Eclipsis exprimitur nempe 30 Aprilis, qvi in Typo Aureorum pro eo anno Aureum XI. Reductio verò aureorum pro seculari intervallo 1600 habeat XIIX, pro præteritis seculis subtrahenda: palam fit, qværendum esse annum nostri seculi, ante 1672, habentem Aureum X. *Perlustrata igitur 1. Tabulâ fol. 231 ad annum* CHRISTI *1659 invenitur, qvi est annus seculi nostri cum proposito anno secular: symbolizatus: cui si subtraxeris intervallum secul. 1600, fit annus* CHRISTI *59 qvæsitus. In qvo cum clavis ad ♌ 4 Maij acciderit, qvem 30 April. qvinta die antevertit; manifestum est, in hemisphærio septentrionali hanc Eclipsin accidisse, & propterea tàm in Armenia (cæteris consentientibus) qvàm in Campania apparere potuisse.* Eqvo charactere temporis liqvet, consulatum Ulpiani & Fonteii in annum p. CHRistum natum 59 currentem incidere. Atq; hac ratione Chronologorum relationes Eclipsium probari possunt, & dijudicari, veræ ne, an falsæ sint? Verbi gratiâ, referunt nonnulli magnam Eclipsin Anno CHRISTI 1485, die 12 Martii, probabimus fidem hujus relationis, *Annus igitur seculi nostri 1685 Aureum habet XVII. Intervall. seculare 200 habet X subtrahenda; ita fit aureus VII: huit in Typo aureorũ subMartio respondet d. 16. Accidit igitur hæc Eclipsis Solis 16 Martii; non 12. Id qvod etiã ex observatione Bernhardi Waltheri patet; qvi eodem die à principio usq; ad finem, illam observavit.* Hæc de secundo casu sive de Annis seculorum præteritorum.

Typus operationis.

AN. CHR.	☌.☉.♈.	☌.☉.♌.	Aureus
1659	298	124	X
1600	1 *subtr.*	1 *subtr.*	XIIX
	297	123	XI II
Clav. Ecl.	25. *Octob.*	4 *Maii*	15 4
Novilun.	24. *Octob.*	30 *April.*	26 15
			19
			7

TERTIUS CASUS de annis seculorum Futurorum, eodem modo, ut secundus expeditur; hoc solo attento, qvod Reductiones alium titulum habent, sicut in fronte Tab. videre est: sufficiet unum Exemplum addidisse. *Sit annus post* CHRISTUM *2018, & qværatur, qvo mense, & die prater propter expectandæ sint Eclipses? jam qvia propositus hic annus, cum anno seculi nostri 1618 symbolum seculare habeat; intervallo seculari 400. Ergo cum anno 1618 extraho clavẽ ad ♈ 21; ad ♌ 195, & aureũ VII. Deinde f. 232 cum 400 excerpo reductionem secular. 173, qvam pro secul. futuris titulus in fronte jubet subtrahere: subtraho ergo à clave ad ♌, remanent 22, clavis ad ♌, ad annum propositum. Verum qvia reductionem à clave ad ♈ scilicet 21 subtrahere non possum, excerpo è secundâ columnâ complement. 174, qvod tituli frontis pro secul. futur. jubent addere; addo ergo, & pro duco clavem ad ♈ 195. Reductio verò Aurei est 1, addenda, fit Aureus IIX; pro monstrandis Noviluniis cyclicis; & facta additione ad eum 15 & 4; fiunt Aurei vicarii Plenilunior*ũ *indices IV & XII; cum his jam excerpo è Tabulis, secundâ, & tertiâ menses, & dies, de qvibus suspectos. Eclipsi. Solis 1 Julii Eclipsi. De 16 Julii, qvæ magna futura est, eò, qvod est clavi proxima. 4 Febr. Eclipsin Solis 20 Jan. Eclipsi. Lunæ, qvæ itidem magna futura, ex eadem ratione judicatur.* Eclipses verò Solares ad hemisphærium Australe pertinebunt è supra jactis fundamentis. Hæc, puto, Lectori de primo Eclipsium reqvisito scire sufficient.

Typus operationis.

AN. CHR.	☌.☉.♈.	☌.☉.♌.	Aureus
1618	21	195	VII
400	174 *adde*	173 *subtr.*	I *adde*
	195	22	IIX 8
Clav. Ecl.	15 *Jul:*	23 *Januar.*	15. 4
Novilun.	1 *Jul:*	4 *Februar.*	23. 12
Plenilun.	16 *Jul:*	20 *Januar.*	14
			4

SECUNDUM MEDIUM sive reqvisitum est, ad annum, mensem & diem, per 1. *reqvisitum jam inventum, motus Solis & Lunæ computare; eosq; ad veram copulam: vel in Eclipsi Lunari ad veram oppositionem, reducere; atq; ad id momentum, per distantiam Lunæ à ☍ (qvæ argumentum latitudinis dicitur) è Tab: IV latitudinis [scil. Lunæ in Eclipsibus] f. 235, excerpere veram latitudinem Lunæ.* Verum qvia suprà Cap. XI, ratio computandi longitudinem Solis & Lunæ, (nec non latitudinem Lunæ in genere) monstrata est; nihil restare videtur, qvam ut qvædam de Tabula hac latitudin: Lunæ in Eclipsibus, qvæ habetur f. 235, moneam. Extructa vero est hæc Tabula è fundamento Kepleri, qvod tradit in Rudolphinis; nimirum, Lunam in Eclipsi, à Sole, vel ejus opposito, emitti angulo magno 5°. 18', contra sententiam Tychonis; qvi angulo minimo, scil: 4° 58'½, eandem educit. Et retinuit Kepplerus hunc angulum constantem, dum hanc Tab: pro Eclipsibus conderet; utut propria ipsius hypothesis qvædam limitanda svaderet. Maritus vero, qvi in negotio tanti momenti nihil *EORUM* omittendum censebat, qvæ demonstrationis vinculo connectuntur, Autor fuit, ut omnem istius hypotheseos vim calculo exprimerem; ita ut retento qvidem motu Nodorum æqvabili, nihilominus demonstrativa qvantitas latitudinis extraheretur. Qvod si igitur Lector Tabulam latitudin: qvæ in Tabulis Rudolphinis fol. 98 habetur, cum hac mea contulerit, differentiamq; qvæ in argumento latit: Sig. 0. 17. gr. ad duo ferè scrup: assurgit, in venerit, non arguat hanc commissi erroris sed cogitet, eam esse demonstrativam. Videatur etiam Keppl. in Ephemer: ad annum CHR. 1635.

Continetur vero hæc Tabula tribus sectionibus, qvarum duas pag. 235. tertiam pag 236 gestat. In qvâlibet sectione Frons habet Sig. 0, & 6, addita denominatione latitudinis, boreâ v. australi. Calx continet Sig. 5, & 11, una cum denomin: bor. & austr: Margo sinister gradus, & dena graduum scrup: signor. in fronte positorum exhibet: sed Margo dexter, eosdem gr. & decades minutorum, pertinentes ad signa in calce posita. Area tres habet columnas, qvarum prima ipsam latitudinem; 2. differentias interlineares. 3, Reductionem ab orbita ad Eclipticam, & vice versa continet; cujus ope vel ☽ ad Ecliptica; vel Solis locus ad orbitam Lunæ reducitur.

Modus excerpendi hic est, ut oblati Argumenti latitudinis Signa si vel 0, v. 6, fuerint, in Fronte; gradus vero, graduumq; scrup: dena, in sinistro margine descendente qværantur. Vel si argumenti signa vel 5, vel 6 fuerint, in calce Tabulæ, gradus vero & scrup. in Margine dextro ascendente inqvirantur. Sic dat prima areæ columna, latitudinem qvæsitam; Signum vero titulum boreæ. vel australis; tertia autem columna, dat reductionem. Qvod si min. gradibus adhærentia non præcise inveniantur; excerpenda est latit. cum proximè minori Argumento, scrupulis vero differentiæ marginis (qvæ 9 nunqvam excedunt) in differentiam, qvam secunda columna suppeditat, multiplicatis, & rejecto ab emergente ultimo numero, proveniunt scrupula secunda; qvæ vel addita extractæ latitudini, (si gr. in sinistro margine inventi fuerit,) vel subtracta ab eâdem (si in dextro repositi fuerint) præstant latitudinem accuratissimam. Ex: gr: *Detur vera distantia Lunæ à ☍, Argumentum latitudinis dicta Sig 5. 13°. 47', & qværitur latitudo cum suo titulo, nec non reductio. Jam qvia dantur Sig. 5, jubet præceptum, ea in calce Tab. qværere, gr. ☽, & decades scrupulor. in margine dextro. Ergo ingredior fol. 236, tertiam Tab. sectionem, & in calce, cum 5 signis, extraho titul. Borea. In margine dextro invenio, numerũ proximè minorem* 13°. 40', *cui respondet latitudo* 1°. 27'. 35'', *adhærentia* 7', *multiplico in adscriptam differentiam* 50, *fiunt* 350, *rejecto autem ultimo numero,* 35, *qvæ sunt min. sec. hic subtrahenda, (qvia sursum decrescit) ab extractâ latitudine, ita remanent* 1. *gr.* 27'. 0'' *latitudo borea accuratissimè correcta.* Excerpo etiam reductionem 3' 36'', cujus titulus è calce adde, adderem eam ad ☽æ locum in orbitâ, (qvi è Tab. calculo semper eruitur) & reducerem eum ad Ecliptica, contrarium titulo faciens, si locum in Ecliptica ad orbitam reducere vellem. Aliud Exemplum: *Detur*

Detur argumentum latitudinis Sig. 6. 8°. 13', qværiturq; latitudo, & reductio. Ingredior fol. 235 sectionem secundã, & in fronte cum 6 Signis, excerpo titul. Australis. Cum 8°, 30' in marg. sinistro, extraho latitudinem 0°. 44'. 52'', & pro adhærentibus 9', multiplico ea in differentiam 54, emergunt 162, qvæ, rejecto ultimo numero, valent 16'', qvæ hic addantur latitudini prius extractæ; fit latitudo correctissima, 0°. 45'. 8'', *australis.* E tertia col: datur Reductio 2'. 6'', cum titulo è fronte subtrahe. Atq; hæc est ratio tractandæ latitudinis. Reliqva reqvisita; ut horarii, semidiametri, parallaxes Solis, excerpuntur è Tab: V. fol. 236, per distantiam Solis ab apogæo. Sic horarii semidiametri, parallaxes semidiametr. Umbræ, & Lunæ excerpuntur fol. 237 è VI. Tabula per solam veram distantiam Lunæ ab apogæo suo, prout tituli marginum monent. Hæc de reqvisitis in genere dicta sufficiant.

CAPUT XXI.

OSTENDENS IN SPECIE.

QVOMODO COMPUTANDA SIT ECLIPSIS LUNÆ, id est, qvâ ratione inveniendum sit temporis momentum deliqvii medii, sive obscurationis maximæ, qvæ tunc obtingere potest? & qvomodo determinanda sit, tàm vera qvantitas defectus, in disco Lunari; qvàm duratio sive tractus temporis continuus, qvi à primo obscurationis incipientis puncto, ad punctum plane desinentis intercedit?

Calculus Lunaris Eclipsis, præmittitur reliqvis, eo, qvod apprehensu facilior est, eoq; bene percepto, Astrophili in reliqvis duobus felicius progredi adsvescunt. *TRIA* vero sibi proponit Astronomus calculo indaganda. 1. *VERUM TEMPORIS MOMENTUM*, in horis & horar: scrupulis, qvo ☽ maximè obscuratur. 2. *QVANTITATEM DEFECTUS* in disco Lunari, sive totalis sit, sive partialis. 3, *DURATIONEM TOTAM* à principio ad finem.

1. Propositum assequetur, sequentis præcepti tenore, Cognito per caput antecedens, die, de plenil: Ecliptico suspecto; ad ejus meridiẽ computetur juxta præceptũ cap: XI locus ☉is verus; & ☽æ Hypothetic è verus, una cum diurno & horario, nec non loco nodi, qvi cũ loco ☉is comparatus, vel certificat Astron: de Eclipsi; vel si terminos Eclipsis reqvisitos cor: distantia superat; liberat eundem sollicitudine ulteriùs inqvirendi (sunt vero termini, ☽æ apogææ, $10\frac{3}{4}$ gr., perigææ, 12°.) Hinc comparetur locus ☉is cum loco ☽æ, eorumq; distantiâ, si diurnam superationem Lunæ non excedit (potest enim interdum fieri, ut aurei isti vicarii plenil: cyclicum monstrent, qvod à plenilunio vero, integra die distet) divisa per horarium Lunæ à ☉e, dantur horæ, & scr. horar. temporis Eclipsis propè veri, à meridie, retrò, (si locus Lunæ major est oppositi Solis) vel porrò (si locus Lunæ minor oppositi Solis) numerandæ: vel si plus integro diurno (qvod interd: accidere potest) differant, diurnus utriq; suus seorsim accommodandus est; & reliqva distantia, per horarium Lunæ à Sole, reducenda. Ita habebitur tempus propè verum medii deliqvii. Ad hoc igitur, multiplicatione horar: & scrupulorum in horarium Solis, & applicatione partis emergentis ad locum Solis, qvem in meridie occupavit, factâ, subtrahatur locus ☍, à loco Solis, jam correcto, cum residuo (ac si esset argumentum latitudinis, excerpitur f. 235 vel 236 è Tab. latitudinis reductio; qvæ juxta titulos suos, loco Solis vel additur; vel ab eo subtrahitur, & reducitur Sol ad orbitam Lunæ, hujusq. punctum ☍tum est ipse locus reqvisitus, qvem si Lunæ centrum occupat, jam Eclipsis medium est exactum. In ☽ verò tempori ab apogæo in meridie repperito, eas horas, & scrupula adde, vel auffer, pro re nata, totq; horarios apogæi, & ☍, applica, qvodlibet suo congeneri; & per sic correctum Tempus ab apogæo, & locũ apogæi, extrahe secundò veram distantiam Lunæ ab apogæo; eamq; adde loco apogæi, & habebis locum Lunæ hyporhetice (maxima ex parte) verum (si enim aliqvantula differentiola intercederet, divisione per horar: ☽æ à ☉le facile corrigitur, & Tempus

præcisè constituitur. Per distantiam vero Solis ab apogæo extrahitur è Tab. V. fol. 236, horarius; & ex ultima columna, variatio Umbræ Telluris, cui semper titulus est subtrah: Cum verà distantiâ Lunæ ab apogæo suo, excerpitur è Tabul: VI, fol.° 237 è prima columna, horarius absolutè verus; è secundâ, semidiameter disci Lunaris, semidiameter disci umbræ Telluris in trajectu Lunæ, vel demonstrativa; è columnâ qvartâ: sed qvod consultius est, physicè contracta, ex ultimâ columnâ; qvæ omnia pro seqventis operationis necessitate asservantur. *Exempli loco, sit illud plenilunium Ecliptic um, qvod accidisse supra capite præcedente invenimus, Anno ante CHRIST: 331, Septembr. 20, undecima die ante victoriam ALEXANDRI Magni. Qui annus cum anno sæculi nostri 1670 seculariter symbolizatur, intervallo seculari 2000 existente. Ergo ad meridiem 20 septembr. juxta præceptum Capit. XI, pro loco Solis ingredior fol. 75 & seqvent: Tabulas Solis: pro loco Lunæ fol. 210 & seq. Tabulas Lunæ, & excerpendo eruo loca luminarium. Ut in seqvente Typo apparet,*

IN SOLE.

	Temp. ab apog.	Locus Apogæi
	dies hor. ′ ″	Sig. gr. ′ ″
Anno Christi 1670	197. 2. 52. 1	3. 6. 55. 0
In. sec. 2000 R. ad	19. 9. 41. 6	*sub.* 1. 4. 14. 15
ante Ch. 331	216 12. 33 7	2. 2. 40. 45
simpl: ?ber	243. 0. 0. 0	41
d. compl. 19	19. 0. 0. 0	3
maj. restitut.	478. 12. 33. 7	2. 2. 41. 29
Restit. subtr.	365. 6 13. 53	
Te. ab apog.	113. 6. 19. 9	
Temp. è Tab.	113. 0. 0. 0	*dist.* 3. 19. 26. 13
	resid. 6. 19. 9	*p. pport.* 15. 48
	horarius 2. 30	*d. v.* 3. 19. 42. 1

	0. ′. ″. ‴. ⁗
	4. 30
	9. 30
	3. 0
	0. 18
	0. 38
p. pp.	0. 12
	15. 47. 52. 30

IN LUNA.

Tempus ab apogæi	Locus apogæi.	Locus ☌
dies hor. ′ ″	Sig. gr. ′ ″	Sign. gr. ′ ″
3. 2. 10. 46	5. 7. 27. 32	0 27. 15. 55
Red sub 0. 21. 10. 30	subt. 0. 24. 45. 22	add 5. 13 42. 14
0. 5. 0 16	4. 12. 42. 10	6. 10. 58. 9
22. 13 31. 23	0. 27. 4. 21	12. 52. 5
19. 0. 0. 0	2. 7. 0	1. 0. 22
Maj. R. 41. 18 31 39	*L. ap.* 5. 11. 53. 31	13. 52. 27
Rest. 5. 27. 13. 18 35		☽ ☌ 5. 27. 5. 42
T. ap. 14. 5. 13. 4		☉ ☌ 11. 22. 23. 30
T. è T. 14. 5. 0. 0	*list.* 6. 6. 9 1	*Arg.* 5. 25. 17. 43
residuum 13. 4	*pars proport.* 7. 46	*Red. add:* 5 33
horarius 35. 40	*d. v.* 6 6. 16 47	☽ ☉ *K:* 11. 22. 24. 45
0. ′. ″. ‴. ⁗	11. 18. 10. 18	☽ *hyp.* 11. 18. 10. 18
2. 40	*Locus Lunæ hypotheticè verus in meridie.*	*distant.* 4 14. 27
8. 40		*hor:* ☽ *hyp.* 35. 57
2. 20		*horar: Solaris* 2. 30
7. 31		*horar.* ☽ à ☉ 33. 27
7. 40. 2. 40		☽ à ☉ *distantiam dividens*

Invenio igitur locum Solis Sig. 5. 22°. 23′. 30″, *& add. tis* 6 *Signis; punctum oppositum Sig.* 11. 22°. 23′. 30″ *cum horario Solis* 2′. 30″. *Locum Lunæ hypotheticè verum Sig* 11. 18°. 10′. 18″, *horarium v. anomalicum* 35′. 40″, (*cui mente semper addenda sunt* 17″ *scil: horarius motus apogæi*) *fit horarius Lunæ hypotheticus* 35′. 57″. *Verum ut punctum Solis oppositum ad orbitam Lunæ reductum possideam; subtraho locum* ☌, *Sign.* 5. 27°. 5′. 42″ *à puncto Solis opposito, remanet argumentum Sign.* 5. 25°. 17′. 48″. *Cum his extraho reductionem* 1′ 15″ *addi: ita fit* ☌ *tum Solis Sig.* 11 22°. 24′. 45″; *Ab hoc subtraho locum Lunæ hypotheticum, Sign.* 11 18°. 10′. 18″, *remanent* 4°. 14′. 27″. *Tantum refert Lunæ ad ipsum punctum medii deliqvii, qvæ distantia per horarium Lunæ hypotheticum, à Sole divisa, dat tempus mediæ Eclipsis qvæsitum, sc: Hoc* 7, 36′ 27″; *pro qviticum, à Sole divisa, dat tempus mediæ Eclipsis qvæsitum, sc: Hoc* 7, 36′ 27″; *pro qvibus numero rotundo sumo hor.* 7, *m.* 37. *Illud qvippe momentum est, qvo in meridiano Tabularum, medium deliqvii, & maxima obscuratio accidit. In hoc tempus à meridie, multiplico horarium Solis* 2′. 30″; *proveniunt* 19′. 2″, *addenda ad oppositum Solis primus reductum, Sig.* 11. 22° 24′. 45″; *fiunt Sign.* 11. 24°. 43′. 47″, *locus orbitæ reqvisitus; qvem* ☽ *occupans, maximè tunc obscurata est.*

Probabi-

Probabimus, utrum Luna eo momento ad locum reqvisitum pervenerit? *Ergo ad Tempus ab apogæo supra repertum, adde hor.* 7. *min.* 37; *fiunt (ut adjunctus Typus monstrat dies* 14 *hor.* 12. *min.* 50 *sec.*) *Hisce extrahitur longitudo in orbitâ Sig.* 11 *gr.* 22. *min.* 43. *sec.* 56, *solis* 9 *sec. superans, qvod insensibile est; cùm ultra* 16″ *temporis non efficiat; qvæ si ab illis* 37′ *subtraxeris, erit Tempus curiosè qvæsitum, hor.* 7. *m.* 36 *sec.* 44. *Qvo habito, pergamus ad reliqva; nempe Locum* ☌ *subtrahendo à vero loco Lunæ, restat argumentum Latitud: Sign.* 5. *gr.* 22. *m.* 39. *sec.* 15. *Cum eo fol.* 235 *excerpo veram latitudinem gr.* 0. *min.* 23 *sec.* 54 *boream; qvam signo litera A. Cum verâ distantiâ Solis ab apogæo, excerpo præter horarium (is sit B.) Variationem umbræ G. min.* 0. *sec.* 19. *Cum vera distantia Lunæ ab apogæo, ultimo hic inventa Sig.* 6. *gr.* 10. *m.* 48. *sec.* 18, *è Tabula VI fol.* 237, *excerpo verum horarium Lunæ m.* 38. *scr.* 21. *C. Huic subtraho horar.* ☉ *sit horar: Lunæ à Sole m.* 35. *sec.* 51. *D. Hinc semidiametrũ Lunæ min.* 36. *sec.* 21 *E. Et ex ultimâ columnâ (qvod consultius est, ut cui plures observationes attestantur, qvàm ei, qvæ in penultima extrahitur) semidiamet. umbræ* 46′ 21″, *F, cui subtrahitur variatio G, supra cum Solis distantia ab apog. extracta; sec.* 19. *& remanet semidiameter umbræ correcta min.* 46. *sec.* 2.

	gr. ′ ″ ‴ ⁗	hor.	Tem. ab apog.	Loco Apogæi.	Locus ☌
dist.	4. 14. 27. 0. 0		dies hor. ′ ″	Sig. gr. ′ ″	Sig. gr. ′ ″
horar:	0. 33. 27	7	14. 5. 13. 45. 11. 53. 31		5. 27. 5. 42
Typus Divisionis.	3. 9		7. 0 0	1. 57	0. 56
	3. 51		37 0	10	5
	3. 54. 9		14. 12. 50. 45. 11. 55. 38		1. ′ ″
	20. 18. 0		14. 12. 0. 0 6. 10 18. 35		5. 27. 4. 41
	33. 27	36′	50. 4	29. 43	
	14. 15		35. 37 6. 10. 48. 18		
	19. 48		gr. ′ ″ ‴ ⁗	11. 22. 43. 56	
	20. 2. 51		2. 28		
	15. 9. 0		30. 50		
	33 27	27″	2. 20		
			29. 10		
			29. 42. 12. 28		

	′ ″
A. vera Latitudo Borea	23. 54
B. horarius Solis	2. 30
C. horar. ☽ *æ absol. verę*	38. 21
D. horarius ☽ *æ à Sole*	35. 51
E. Semidiameter Lunæ	16. 21
F. Semid. umbræ physic:	46. 21
G. variatio umbræ	0. 19
H. Semid. Umb. corr.	46. 2

Et sic primum ARTIS propositum, i.e. verum Tempus, & qvæ huic annectuntur, expedivimus.

Secundus scopus est, prodere qvantitatem defectus; id est, exactè determinare scrupula diametri disci Lunaris, qvæ discus Umbræ Telluris, *in obscurationis medio* abscindit; *Et in obscuratione Totali cum morâ; ipsa scrup: excessiva,* qvibus Umbra ultra discum Lunarem porrigitur: *atq; eadem scrup. defectus,* (usitata mensurâ) *in partes disci Lunæ duodecimas* (qvas vulgò digitos vocant) *convertere.* Hæc omnia, seqvente ratione facilè obtinebimus.

1. Semidiametr: Lunæ duplica, & prodeunt scrup. diametri disci Lunaris; ad qvæ scrup. defectus semper comparanda veniunt. 2, Semidiametr. Umbræ correctam, & semid. Lunæ, invicem adde, & habes summam semidiametrorum deficientis, & obscurantis; ab hac auffer veram Latitudinem Lunæ, & proveniunt scrup. defectus qvæsita. 3. Hæc scrupula cum scrupulis diametri disci Lunaris comparentur: si enim scrupula defectus pauciora erunt diametro Lunari; defectus erit partialis: si æqvalia, defectus erit totalis; sed sine sensibili morâ, si majora, arguunt defectum totalem cum morâ. 4, Diameter disci Lunaris per practicam, ut vocant Italicam, convertatur in 12 digitos, & digitorum scrupula: & juxtà hos, scrup: defectus convertantur in digitos Ecliptic os. *Veluti, in nostro Exemplo E. Semidiameter Lunæ* 16′. 21″, *duplicetur, fit diameter disci* 32′. 42″. *Deinde H. semidiameter Umbræ correcta,* 46′. 2″, *addita, ad E. facit* 62′. 23″, *summâ semidiametrer.; à qva sublata latitudo* 23′. 54″, *relinqvit scrupul. defectus qvæsita,* 38′. 29″; *majora diametro disci: fuit ergo Eclipsis totalis cum morâ.*

Et umbra Terræ ultra Lunam sese extendebat, ad (subtracta diametro à scrupulis defectus) min. 5. sec. 47. Ut autem sciam, quantum in duodenariâ illa divisione faciant scr: superflua 5'.47''? ita procedo:

Valebunt igitur duos digitos remanentibo 21'', & quia 33'' duodecē scr: unius digiti valent; 21' valebunt 7 scrupula.

diam: disci ☽ 32'.42''. valent digitos 12
ergo dimid: 16. 21. valent digitos 6
hujo dimidium 8. 10½ valent digitos 3
hor: una tertia 2. 43. valent digitum 1
ejus duplum 5. 26. valent digitos 2

Typus operationis.

E. semidiamet: Lunæ	16. 21
diamet: disc: Lunæ	32. 42
H. semid. umb: corr:	46. 2
E. semidiamet. Lunæ	16. 21
summa semidiametr:	62. 23
A. latitudo subt.	23. 54
scr: defectus	38. 29
diamet: disci	32. 42
Excess: ultra diam: Lnæ	5. 47

Dico igitur, Eclipsin hanc fuisse 14 digitorum & 7'. Si Lunæ discus tantus fuisset, ut totam obscurationem capere potuisset. Hæc de secundo proposito.

TERTIUS *scopus est definire durationem, tàm omnimodam; qvàm moram in umbra.* Id est calculo eruere Tempus, qvod à principio usq; ad finem Eclipsis intercedit. *Et in totalibus cum morâ, determinare tempus* à totali Lunæ immersione in umbram, usq; dum iterum lumen recipere incipit, *interlabens*, qvod communiter moram in umbrâ vocant. Hanc v. hac ratione assequimur. 1. Cum summâ semidiametrorum Lunæ & umbræ, & Latitudine jam notâ, ingredere supra fol: 6: Tabulam trianguli parvi, qværendo juxta tenorem capit: secundi, tertium trianguli latus; qvod continebit scrupula dimidiæ durationis omnimodæ. Cum differentia vero semidiametrorum, & latitudine, eandem Tabulam consule, atq; etiam alterum crus trianguli extrahe; qvod dabit scr: dimidiæ moræ in tenebris. 2. utraq; scrupula per verum horarium Lunæ à Sole divide, & proveniunt (è primorum qvidem divisione) horæ, & scrup: dimidiæ durationis omnimodæ; ex secundor: verò, scrupula horæ, dimidiæ moræ competentia. 3. Horæ & scrupula mediæ durationis, subtrahantur à Tempore medii deliqvii (jam è superioribus noto) & provenit momentum initii Eclipsationis, à meridie numeratum: deinde etiam easdem eidem adde, & provenit momentum finis Eclipsationis. Ita qvoq; in Eclipsibus totalibus cum morâ, subtrahantur scrup. dimidiæ moræ â scrupulis medii deliqvii, & obtinetur momentum immersionis totius Lunæ in discum umbræ: sed & addantur, provenitq; primum momentum evasionis Lunæ è disco umbræ: utrumq; vero tempus duplicatum, ostendit, primum qvidem; totam durationem; secundum totam moram. *Ut in nostro Exemplo nota est (è præcedentibus) latitudo min. 23. sec. 54; nota qvoq; summa semidiametrorum umbræ & Lunæ, min. 62. sec. 23: Cum his introeo Tabulam Rectanguli parvi f. Tabul. 6, & juxta capit: secundi præceptum, per semisses (qvia maximum Latus in area min. 50. non excedit, ac proinde 62' in ea non reperiuntur,) operor, qværendo min. 33. sec. 57 in fronte, min. 31. sec. 32 in area Tabulæ, & (adhibita correctione) proveniunt in margine min. 28 sec. 49, quæ duplicata, faciunt min. 57. sec. 38. scrupula mediæ durationis omnimodæ. Et qvia hic habemus deliqvium totale cum morâ; subtraho E. semidiametrum disci Lunæ, 16'. sec. 21, ab H. semidiametro umbræ correctâ, min. 46. sec. 2, remanent m. 29. sec. 41. Hæc una cum latitudine, intromitto in Tabulam Rectanguli parvi pag. 7, qværendo latitudinem in margine sinistro, differentiam v. (nunc repertam) in areâ, & adhibitâ juxta caput secundum, correctione, dat frons Tabulæ min. 17. sec. 37 scrupul. moræ mediæ. Hæc utraq; per D. verum horarium Lunæ à Sole 35'. 51'' divisa, producunt mediam durationem omnimodam, hor. 1. min. 36. sec. 27: Et proinde totam durationem hor. 3. 12' 54'': dimidiam item moram hor. 0. min. 29. sec. 29: sed totam hor. 0. min. 58. sec. 58.*

Et qvi

Et qvia supra verum tempo medii deliqvii inventum est, in meridiano Tabularum sive Uraniburgico h: 7. m. 36. s. 44 post meridiem: si ab his mediam durationem subtraxeris, acqvires principium Eclipsationis omnimodæ hor. 6. m. 0. sec. 17; si addideris; provenit finis hor. 9. 13' 11'' Item subtractâ media mora à momento medii deliqvii, provenit momentum totalis immersionis hor: 7. 7'. 15. Sed additis ad invicem, momentum emersionis hor. 8. min. 6. sec. 13; ut in adjuncto Typo apparet. INTELLIGE, omnia Tempore medio.

	Scrupula	I.	II.	III:	IV
moræ dimidiæ		17	37.	0	0
horar ☽ a ☉			35.	51	29'
			24.	39	
Typus divisionis			16.	55	
		17.	19.	39	
		17.	21.	0	
			35.	51	29''
			24.	39	
			16.	55	
		17.	19.	39	
Ergo		hor:	I.	II	
mediæ moræ		0.	29.	29	
Integr. moræ		0.	58.	58	

Si vero scire volueris, qvibus momentis Temporis apparentis qvælibet Phasis obtingat cum loco Solis ingredere Tabulas æqvationis temporis fol: 65, & excerpe æqvationes qvas contrariâ ratione (qvam tituli monent) momentis jam inventis aplicabis, ut acqvires ista momenta, qvoad tempus apparens. Ut, *qvia in nostro Exemplo ☉ 23°, ♍inis obtinet, excerpo è Tabula prima æqvationem Tychonicam 2'. 18'', qvæ titulus è calce jubet addere ad apparens; subtrahenda igitur erunt à medio, & provenit momentum medii deliqvii hor. 7 34' 26''. ac propterea omnia reliqva annotata momenta, 2'. 18'' citius, tempore apparente, qvàm ad medium inventa sunt; & hinc initium, hor. 5 57'. 59''.*

Jam qvia Plinius refert, in Sicilia Oriente Lunâ deliqvium deprehensum esse: eligantur Syracusæ, qvarum Elevatio poli 37° ferè, distantia loci à meridiano Tabular: 31' versus ortum) Cumq; ibi oriente ☽ â, ☉ ea die occiderit nempe hor. 6. m. 10: qvod bene convenit cum calculo; addantur enim 11'. temporis (qvibus Syracusæ Orientaliores sunt Uraniburgo) ad Tempus apparens initii, in Meridiano Tabular: hor: 5, 57', 59', fiunt hor. 6. 8'. 59'. Ad Gaugamela v. post exactas duas horas noctis (minuta n. horis adhærentia non annotantur, qvia ille locus plus duabus horis versus Ortum à meridiano Tabular: distat.

Tandem propter delineationem, ad principium & finem inqviritur Latitudo, qvàm facile hac ratione venaberis: Siqvidem ad momentum medii deliqvii Argumentum Latitudinis è calculo innotescit, nec non Tempus mediæ durationis omnimodæ: Ergo horarium verum Lunæ additum 8', ut sit verus horarius Lunæ, â ♌, multiplica in dimidiam durationem, qvod provenit, argumento Latitudinis pro Latitudine ad initium subtrahe; pro Fine, adde; & acqvires duo argumenta latitudinis, cum qvibus extrahes è Tabul. Latit. fol. 235 veram latitudinem ad utrumq; inventum. Ut *in nostro Exemplo Inventum est Argumentum Latitudinis ad moment: Mediæ Eclipsis Sig. 5. gr. 25. 39'. 35''; dabatur & supra, C. horarius Lunæ verus 38'. 21'', qvi auctus uno horario ♌ 8'', fit 38'. 29''; multiplicatus in mediam durationem hor. 1. 36'. 27'', dat 1°. 1'. 52'', subtrahenda ab argumento latitudinis, pro argumento latitudinis ad principium; remanent Sig. 5. gr. 24. min. 37. sec. 23; addenda vi pro argumento latitudinis ad finem; fit summa Sign. 5. gr. 26. min. 41. sec. 7. Per hæc fol. 235 extrahitur*

pro

crupula,	I.	II.	III.	IV	
dur. dimid.	57.	38.	0.	0	hor.
horar. ☽ a ☉		35.	51		1
	21.	47.	0		
Typus		35.	51		36'
		30.	36		
divisionis	21.	0			
	21.	30.	36		
		16.	24.	0	
			35.	51	27''
		22.	57		
		15.	45		
	16.	7	57		

Ergo Duratio omnim. dimid:	hor.	I.	II.
		1.	36. 27
Tota Duratio	3.	12.	54
Initium		6.	0. 17
moment. Immer.	7	7.	15
mom. med. del.		7.	36. 44
mom. Emersion.	8.	6.	13
Finis - -		9.	13. 11

pro principio vera latitudo borea gr.0.29'.42''. pro fine gr.0.18'.22''. Atq; hæc eſt methodus compendioſa computandi Eclipſes Lunares.

CAPUT XXII

OSTENDENS IN SPECIE

QVA METHODO COMPUTANDA SIT ECLIPSIS SOLIS ad certum propoſitum Locum? ideſt, qvâ ratione, & qvibus mediis, determinandum ſit Temporis momentum, qvò diſcus Solis, à diſco Lunæ ſubtergrediente, tunc maximâ tegitur? (qvòd vulgo medium deliqvii vocant.) Et qvomodo definienda ſit tàm vera Qvantitas defectus in diametro diſci Solaris; qvàm Duratio, ideſt Temporis ſpatium à primo diſcor: contactu, ad ultimam eorundem ſeparationem interlabens?

Computus Eclipſis Solaris & ſi paulo difficilior calculo Lunaris & perplexior videatur: attamen ſi qvis ea qvæ circa Eclipſin Lunarem neceſſaria ſunt, probe perſpexerit; is deprehendet & hic Tria ſolummodo inqviri; ſcilicet, 1. momentum Temporis medii deliqvii. 2. qvantitatem defectus. 3. durationem à principio ad finem, ipſaq; momenta tàm principii qvàm finis.

Modus ſecundi & tertii reqviſiti ex parte idem ferè eſt cum modo ſecundi, & tertii reqviſiti in Lunari: ſed omnis difficultas in primo reqviſito conſiſtit. In qvo non ſufficit VERAM Luminarium Copulam calculo inqviſiviſſe: ſed VISIBILIS (& qvam Proteus parallacticus infinitis modis in longum & latum evariat) reqviritur. Viſibilis v. conjunctio calculo inqviri non poteſt; niſi & Tempus veræ copulæ, ad Ecliptican reductæ prius conſtiterit, & parallaxis longitudinis ad illud veræ copulæ momentum cognita fuerit: nec non horarius viſibilis ſ. apparens; qvo mediante, intervallum inter VERAM & VISAM ſynodum demum inqviritur.

Ut igitur primum ſcopum ea, qvâ fieri poteſt facilitate, & compendio attingamus, SUMMA PRÆCEPTI hæc eſt. 1. Ad meridiem ejus diei, qvi per caput XX. Eclipſi obnoxius arguitur, computa ad informationem Capitis XI, locum Solis verum, & Lunæ hypotheticè verum: nec non locum nodi borei (☊; excerpuntur qvoq; ſimul horarius Solis, horar. Lunæ (qvi additione 17' ad fixum punctum redigendus eſt) à qvo ita correcto ſubtrahatur horarius Solis, ut habeatur horar: Lunæ à Sole hypotheticè verus. Deinde, aufer locum ☊ à loco Solis, qvod remanet, immiſſum in Tabul: latitud: Lunæ, fol. 235, v. ſeqq; excerpat reductionem, cum ſuo titulo, cui contrario modo, ipſa loco Solis applicanda eſt: hinc locus Solis, ita per reductionem alteratus, conferatur cum loco Lunæ hypotheticè vero, ſubtractoq; minori à majore, qvod reſtat intervallum, dividatur per horarium Lunæ à Sole; & provenient in qvotiente horæ, & ſcrupula, qvibus momentum veræ copulæ propè verum diſtat à meridie, v. retrò, ſi locus Lunæ, in meridie locum Solis ſuperaverit; vel porrò, ſi Lunæ locus in meridie Solis locum antecеſſerit. Ad hoc igitur momentum computetur denuo locus Solis, & Lunæ ad Ecliptican reductus; & ſi nondum exacta fuerit copula, differentiola per horarium Lunæ à Sole limetur: Extrahatur qvoq; ſimul (per Solis qvidem diſtantiam ab apogæo fol. 236) horarius Solis, ſi non ante cognitus eſt) ſemidiameter diſci Solis, & parallaxis Solis. Cum Lunæ vero diſtantia ab apogæo f. 237 horarius abſolute verus, (à qvo ſublatus horar: Solis, relinqvit horarium Lunæ à Sole verum) nec non ſemidiameter diſci Lunæ, & parallaxis; à qvâ ſubtracta parallaxis Solis, reliqvam facit parallaxin Lunæ à Sole totalem ſ. horizontalem. Atq; his peractis, primum primi reqviſiti membrum abſolutum eſt.

2. hoc

2. Hoc copulæ veræ momentum, qvia juxta menſuram Temporis medii ſive æqvalis inventum eſt, æqatione indiget, ſcilicet ut, immiſſo loco Solis in Tabulam, qvæ habetur f. 65, & excerpta æqvatione, qvæ ſecus qvam tituli jubent, applicanda eſt, Tempus medium in apparens convertatur. Cumq; Tempus hoc in ſolo meridiano Tabular: accuratum eſt; proinde ſi ad alia loca, (ut qvàm plurimùm fieri ſolet) computandum fuerit, reducendum erit Tempus ad locum propoſitum, beneficio Catologi locorum, inqvo differentia temporis (ut ſupra dictum eſt) ſatis fida invenitur; Ergo cum loco Solis excerpatur Arcus Culminis Æqvatorei in Tempus verſus, qvi additus Tempori æqvato, & reducto, conſtituit Arcum Culminis æqvatorei eidem momento veræ copulæ, in loco ſuo propoſito, competentem; qvi immiſſus in Tabulam puncti Orientis, Elevationi poli loci Tui congruam, dat punctum Oriens; & ſubtractis Signis tribus, ipſum 90-ſimum, hic cum loco Lunæ (ſubtractione unius ab altero factâ) comparatus, dat arcum diſtantiæ Lunæ à 90ſimo, v. verſus ortum (ſi 90ſimus minor eſt loco Lunæ) vel verſus occaſum, (ſi locus Lunæ minor eſt 90-ſimo) cujus arcus ſinus ſcrupularis, è primâ Tab: excerptus, aſſervandus eſt. Hinc cum puncto Oriente excerptus angulus Orientis corrigatur collatione factâ nodorum cum 90-ſimo, ut altitudinem orbitæ de majori parte exprimat; Is ita correctus, in Tabulâ parallaxium in long: & latitud. diſcretarum, qvæ incipit fol: 238, vel in fronte (ſi minor 45 gr vel in calce ſi major) qvæſitus; parallaxis verò Lunæ à Sole totalis, in margine, & concurſus communis in columnâ longit: dat parallaxin longitudinis horizontalem; in qvam ſi ſinum ſcrupularem ſervatum multiplicaveris, proveniet parallaxis longitudinis qvæſita; qvæ eſt ipſa viſibilis differentia longitudinis centri Lunæ à centro Solis, per horarium viſum dividenda, ut proveniat temporis intervallum inter VERAM & VISAM copulam, qvod in hoc primo reqviſito unicè qværimus. Horarium v. viſum in locis à 36°, Elevationis poli usq; ad 60. qvibus excultior pars Europæ includitur, è Tabulis qvæ fol. 248 incipiunt, & uſq; in pag. 283 durant, magno calculi compendio, facillimâ opera perficies: ſi diſtantiam Lunæ a 90-geſimo; cum qva parallaxin venatus es, in fronte Tab. Elevationi tuæ vel conveniente, vel proximâ, (Qvæ enim pro Elevat: 36 gr. conſtructa eſt; uſurpari poteſt ſine ſenſibili errore, etiam pro Elevat: 35 gr. & 37 gr. Qvæ pro 51°, poteſt pro 50, & pro 52 gr. ſuppeditare differentiam, qvam qvæſivimus: ſimile judicium eſto de omnibus,) gradum vero orientem in margine qvæſiveris, communis enim concurſus ad horam tàm antecedentem, qvàm ſeqventem, dat differentiam, horario Lunæ à Sole vero, juxta ſuperſcriptos titulos, applicandam, ut fiat horarius viſus qvem qværimus: hic, dividens parallaxin producit differentiam temporis, qvo copula viſa à vera differt, ſubtrahendam à momento veræ copulæ; ſi ☽ fuerit à 90gesimo verſus ortum, addend: vero eidem; ſi Luna à 90ſimo verſus occaſum inventa fuerit. In hoc temporis intervallum multiplicentur ſeorſim horarius Solis, & horar. Lunæ verus, numeriq; emergentes, qvisq; ſui Sideris loco, qvem habuit in copulæ veræ momento, vel addatur, vel ſubtrahatur, pro ut res poſtulabit; eruntq; luminaria proximè verum ad ſynodi viſibilis momentum perducta, qvæ à ſe mutuo ſubtracta dant veram differentiam longitudinis centri Solis, & Lunæ ad Ecliptican reductæ, qvæ aſſervanda eſt.

Ad hoc jam præjudicatum viſæ copulæ momentum exqviritur parallaxis longitudinis, qvæ ſi prorſus coincidit cum diſtantia luminar: jam aſſervata, viſæ copulæ moment: accuratiſſimè conſtitutum erit: Sin vero (ut nonnunqvam parallacticus Proteus ludere ſolet) aliqva differentiola interceſſerit; eadem per horarium viſum diviſa, dabit portiunculam temporis, momento differentiæ veræ & viſæ copulæ (pro renatâ) vel addendam; ſi diſtantia luminar. minor erit parallaxi; vel ſubtrahend: ſi major; ita proveniet differentia illa accuratiſſimè correcta, & per eam præciſum momentum copulæ viſæ, qvam in 1. reqviſito qværimus. Hoc ſaltem Lectori notandum eſt; ſi ad moment: veræ copulæ major fuerit parallaxis uno horario viſo; in hoc caſu duos horarios viſos formandos eſſe, qvod facilè obtinetur ſi tot ſcrupula prima & ſecunda differentiæ

horarii

tiæ horarii visi à VERO è Tab: extractæ, vel adduntur, vel subtrahuntur, qvot sunt in eâdem à 90simo distantiâ, inter differentiam ad horam antecedentem', & ad eam qvæ est ad horam seqventem, eaq; sic correcta differentia, vero horario Lunæ, juxta titulos, vel subtrahitur; vel additur, ut emergat horarius visus secundus. *Exempli loco sit nobis illa Eclipsis Thebis observata, ante Epocham CHRISTI 364, qvam suprà in 93 Julii incidere dixi. Et cum hic annus seculariter cum anno CHRISTI 1637 sit symbolizatus intervallo seculari 2000 annorum; juxta tenorem capitis XI. loca luminarium ad meridiem ejus diei investigo; Solis qvidem è suis Tabulis fol: 74. & 1: Lunæ qvoq; è suis, folio 209 & seqq extraho, provenit verus locus Solis Sign:3. 14° 53'.48", dans horarium simul cum tempore ab apog: extractum 2'.24": sed Lunæ locus in Orbitâ suâ Sign.3. 16°.9'.43", cum horario ab apog: 35'.9"; cui horar. apogæi 17" additus, facit horarium Lunæ hypothetic è verum 35'.26", ab hoc subtractus horar: Solis, relinqvit hora-*

IN SOLE — Typus Operationis. — IN LUNA

Temp. ab apog.	Apogæum	Tempq ab ap.	Apogæum	☌
Anno Christi dies hor. / //	Sig. gr. / //	dies hor. / //	Sig. gr. / //	Sign. gr. / //
1637. 197. 16. 33. 3	3. 6. 21. 6	16.23.47. 5	8.14.38.17	10 5.32. 0
I.2000.add: 19. 9. 41. 6	sub 1. 4. 14 15	sub 0.21.10.30	sub.9.24.45.22	add. 5 13 42. 14
ate CH:364 217 2. 14 9	2. 2. 6. 51	16. 2.36 35	7.19.52.55	3 19. 14 14
Jul. simpl 181. 0. 0. 0	30	15 16. 8.33	0.20. 9.55	9. 35. 6
dies 12. 12. 0. 0. 0	2	12. 0. 0. 0	1.20.13	38. 8
410. 2.14. 9	2. 2. 7.23	43.18 45. 8	8. 11. 23. 3	10.13. 14
Restitut. sub: 355. 6 13.53		R f.27.13. 18.35		f.☌ f.3. 9. 1. 0
44 20. 0.11		16. 5.26.33		loc.☉.3. 14. 53.48
44. 0. 0.0	1. 11. 88. 52	16. 5. 0 0	7. 4. 31. 7	Arg. 0 5. 52.48
20. 0.11	48. 0	26.33	15.33	Red. ☽ a subtr: 1. 32
horar. ☉.2 24	1. 12. 46. 25	☽horar.an:35. 9	7.4. 46.4	sed loco Solis in hoc ne-
I. II. III. IIII.	oc.3 14. 53 48	Ver 3.16. 9 43		gotio addenda, ut sit
4. 24	Solis verus in	I. II. III. IIII.	locus Lunæ hy-	reductq I.☉.
0. 0	meridie	4. 17	potheticus in	Sign. 3. 14°. 55'.20 subt.
8. 0	horarius 2'.24'	3. 14	meridie. / //	à L.☽ 3. 16. 9.43. erit
0. 22	Reductio 1. 32	29. 15	ab ap: 35. 9	interval: 1. 14.23. lu-
0. 0	loco Solis ad	15.10	ap: add: 17	minarium in Eclipt.
40.	ditur fit	15 33. 13. 57	hor: à p: fit 35.26	
48. 0. 26. 24	/ //		☽ a ☉ 33. 2	

loc ☉is reductus	S.3.gr.14.55.20			
loc ☽ hypothetic	S.3. gr.16 9 43 III. IV			h
Ergo Lunæ superatio.	0. 1.14. 23.0 0			2
divisa cum horar. ☽ a ☉	1 33 2			
d.int.t.h.2.15'.6"	1. 6 4			15'
mult.c.hor.☉ 2.24	8.19. 0			
0. I. II. III. IV	33 2			
Typo 6. 0	Typus 0 30			
multi- 0.48	divi- 8.15			
pli 0. 12	sionis 8 15.30			
cati- 0.30	3.30.0			
onis. .4	33-2 6"			
p.p: 0 1. 24. 14. 24				
hor. / //	Sig. gr. / //			
meridies 24.0 0	3 14.53.48	loc ☉is in merid:		
Interv. temp. 2.15. 6	subtr. 5 24			
Ergo 21 44.54	3.14.48.24	loc ☉ Solis in copula.		
momēt: veræ copu-	cum dist. Solis ab ap. exterpāt:			
læ à mer. præcedē-	semidiameter Solis	15'. 4"		
tis diei numeratū	parallaxis Solis	0. 59		

Tempus ab apogæo	Apog.	☌	
dies hor. / //	Sign. gr. / //	Sign. gr. / //	
r.ab ap.in mer: 16.5. 26. 33	8.11. 23. 3	5. 9. 1. 0	
Interv. temp. subt 2.15 6	subtr. 0.37	adde 0. 18	
residuum. 16.3.11.27	8.11.22.26	3. 9. 1. 18	
r. in rab. invēt. 16.3. 0 0	7. 3.24.46		
Resd. 11.27	6.43		
Horar. 35.11	7. 3.27 29		cum distā-
I. II. III. IIII.	3.14.49.55		tia Lunæ ab
4. 17	sub.red. 1. 31		apogæo ex-
2. 1	3 14.48.23		cerp: seqvēt.
15. 45		37. 34	horar. ☽. veræ
6. 21		35. 10	horar. ☽. a ☉.
P.p. 6. 42. 50. 57		16. 15	semidiam. ☽æ
		63. 15	parall. ☽. tot.
		62. 16	parall. ☽. a ☉

rium

rium ☽æ à ☉e hypothetic. 33'.2". Datur qvoq; simul locus ☌, Sig. 3. 9°.1'.0". Et qvia locus ☉is in Ecliptica numeratur; ☽æ vero in orbita: ut igitur veram distantiam in Ecliptica obtineamus, subtrabo locum ☌ à loco ☉is, remanent S. 0. 5°. 52'. 48", qvasi argumentum latitudinis. Id f. 235 immissum in Tab. latitud. excerpit Reductionem 1'. 32", cum titulo è fronte subtr. cui hîc contrariū facio, & addo reduction. loco ☉is; fit S. 3. 14°. 55'. 20", hunc locum ita reductum, subtraho à loco ☽æ; remanet Interval: Luminarium in Eclipt. 1°. 14'. 23" qvò ☽a ☉em in meridie superat. Illud per horariū ☽æ à ☉e hypotheticum 33'. 2" divisum; dat hoc 2. 15'. 6" intervallū temporis, qvò vera copula luminarium à meridie ejus diei, retrò distat; hoc subtraho à meridie s. 24 horis; remanent 21. h. 44'. 54", à præcedente meridie numerata, momentū veræ copulæ, qvam qvæsivimus. In inventum tempor. interv. horar. ☉is multiplicatus dat 5'. 24", qvæ ablata à loco ☉is in meridie S. 3. 14°. 53'. 48", relinqvunt verū loc. ☉is ad momentū veræ copulæ S. 3. 14°. 48'. 24". Et ut locū ☽æ acqvirā, subtraho competentē motum 37", à loco apogæi in meridie, & remanet loco apogæi S. 8 11°. 22'. 26", Subtraho etiam intervallū temporis à tempore ab apogæo in meridie 16. d. 5. h. 26'. 33"; remanent 16. d. 3 h. 11'. 27", qvæ dant dist. ab apog. veram, Sig. 7. 3°. 27'. 29"; hæc addita ad locum apogæi, dat longitudin. ☽æ in orbitâ S. 3. 14°. 49'. 55", & subtracta reductione 1'. 31", fit locus in Eclip. S. 3. 14°. 48'. 24", cum loco ☉is in ipso scr. secundo coincidens. Est igitur illud momentū copulæ veræ scrupulosissimum jam inventum. *Cum dist. ☉is ab apog. f. 236 extrahitur præter horar. (qvi jam è superioribus innotuit) parall. ☉is 0'. 59", & semidiameter ☉is 15'. 4". Cum dist. autem ☽æ ab apogæo, excerpuntur f. 237, horar. ☽æ absolutè verus 37'. 39", semidiameter ☽æ 16'. 15", & parall: ☽æ 63'. 15"; & subtracto horario Solis ab horar. ☽æ absolutè verò, provenit horar. ☽æ à Sole 35'. 10", subtractâ qvoq; parall. ☽æ, restat parall. ☽æ à Sole 62'. 16".* Ita primi reqvisiti primum membrum, nempe exactum *MOMENTUM VERÆ COPULÆ*, & qvæ huic connexa sunt obtinuimus.

Verum, ut e vero momento copulæ veræ, in cognitionem momenti copulæ visæ perveniamus: ante omnia Tempus hoc medium (æqvatione mediante) in apparens convertendū est; cumq; Eclipsis hæc in alio à Tab. meridiano observata est, etiam ad meridianum observationis, (nempe Thebanum) Tempus reducendum est. *Ergo cum loco Solis ingredior Tab. æqvat. Temp. Tychonic. f. 65, & qværendo signū in Calce; grad. in marg. dextro; dat communis concursus 5'. 6"; qvæ titulus è calce ad apparens jubet addere; à medio verò subtrahere subtractâ jam hac æqvatione à momento copulæ veræ h. 21. 44'. 54"; remanent h. 21. 39'. 48". Tempus apparens in merid. Tab. f. Uraniburgico. At qvia Thebæ locus observationis, meridiano Tab. non subjacent; ingredior pag. 70 Catal. Locorū, & invenio in prima sectione Thebas, qvibus ad scribitur h. 0. 44'. versus Ortū. Hanc Temp. diff. Cap. IX jubet addere ad Tempus in merid: Tabul. Additis igitur 44' ad h. 21. 39'. 48", fit Tempus apparens veræ copulæ in merid. Thebarū h. 22. 23'. 48". Simul qvoq; excerpitur Elev. poli 38° 17', pro enucleatione parallaxiū necessaria.* Cognito tempore apparente & Elevat: poli; pergo ad reliqva. *Cum loco Solis è Tabula arcuum culm. æqvator. f. 13 excerpo arcum æqvatoi: in tempus versum h. 7. 4'. 17", eiq; ad Tempq veræ copulæ obtentū h. 22. 23'. 48", fiunt h. 29. 28'. 5", & rejectis 24. horis) h. 5. 28'. 5", arcus culm. æqvat. in tempus versus, ad mom. copulæ veræ, in Thebarū meridiano. Hic f. 35, immissus in Tab. puncti Orientis, sub altitud. poli 38° (qvanta proximè est Thebana, è Catal. Locor.) dat punct. Oriens correctum 23° 25' ♍, (qvod sign. numer. scribitur S. 5. 23°. 25') subtractis 3. sig. 90simū S. 2. 23°. 25'; eo subtracto à loco ☽æ S. 3. 14°. 48', relinqvitur arcq dist. ☽æ à 90simo versus ortū, 21°. 23', qvilq è Tab. 1ma competit sinq secularis 21'. 52" qvem asservo: Nonagesf. qvoq; subtractus à loco ☌ S. 3. 9°. 1', relinqvit 15°. 36', dist. ☌ à Nonagesf. versus ortum, qvæ excerpit f. 72 æqvat. ang. Or. 1° 23' subtr-dam. Cum puncto oriente, è Tabulâ Ang. Or. transversim subscriptâ, pro Elev. poli 38°. 17', excerpo 75° 0', è qvibus subtraho 1°. 23'. fit Ang. Or. æqvatus, ut altitudinē orbitæ repræsentet 73°. 37'. Hunc f. 241 in calce qværo, & parall. ☽æ à Sole supra inventā 62'. 16". in marg. dextro; & dat communis concursus (correct. corr.) parall. long. tanqvam in horizonte 59' 44"; In hanc multiplicatus sinus scrup. dist. ☽æ à Nonagesf. 21'. 52", dat parall. long. qvæsitam 21'. 45". tantâ qvippe Thebis intercapedine long. in Eclipt: distabant centra luminar: visibiliter in momento copulæ veræ: hæc porrò divisa per horar. ☽æ à Sole visum; dat intervall: tempor: (proxime verum) inter *VERAM & VISAM* copulam; qvam ut acqviramus hac facili viâ utemur. Cum*

puncto Or. 23°.26'.♍, & dist. Lunæ à 90simo VERSUS ORTUM ingredior f.253. Lab. diff. horarii VISI à VERO pro Elev. 39°. quærendo punct. Or. in marg. dextro, quo proximè minus invenio 20°.♍. *dist. Lunæ à 90simo quæro in fronte, quâ proximè minor se offert sectioni tertiæ superscriptus 20 gr. Et quia horario ad horam præcedentem indigemus; in hujus sectionis columna sinistra (ut titulus monet) descendo, dum lineam 20simi gradus ♍ attingam; & invenio 30'. 12''. æquationem, dupliciter corrigendam, tàm ratione columnæ; quàm lineæ. Gradus columnar. & linear. utrinq; per 10° saltant. Ergo pro columnari correctione, in eâdem linea, sub 30 gr. frontis ad horam præcedent: invenio 9'. 5'', ut decrement: sit 1'.7''. Est a. differ. frontis à meo numero 1°.23': dico igitur 10 gr. frontis, dant in Area decrement. intercolumnare 67'', quantũ dabunt 1°.23'? dat Tab. proport. sub Lit. F. 9'' subtrahenda, & fierent 10' 3'' æquatio ratione frontis correcta: deinde sequens linea 0 gr. ♎ respondens, habet 10'. 27'', ut diff. interlinearis crescens, sit, 15'': sed punctũ oriens 23°.25', differt à 20° ♍ 3° 25'. Dico igitur 10 gr. marg. dant in Areâ increm. interlin. 15'', quantũ dabunt 3°. 25'? facit mediante Tab. F. 5'', addenda ad 10'. 3''; ut fiat correctiss. æquat. 10'. 8'', cui, propter Elevationem paulò humiliorem, addo 2'' fit 10'. 10'' quæ titulus suprascriptus jubet subtrahere à vero horario ☽ à ☉ esuprà obtento 35'. 10'', remanent 25'. 0'', horar. ☽ à ☉ visus: per hunc divisa parallaxi 21' 45'', emergit interv. all. tempor. hor. 0. 52' 12'' à momento veræ copulæ, hor. 22. 23'. 48'' subtrahendũ; & fit moment. cop. visæ proximè verũ (potest n. interd. accidere, quamvis rarò, ut enodatio parall. accurata, qualè in his Tab. propono, propter variationẽ altitud. Orbitæ ab ang. Orientis, uno, aut sesqui scrup. tempor. hinc inde quæsitũ momentũ evariet: propter scrupulosiores quod quãvis dissimulare posset, sine ullo erroris periculo: tamẽ monendũ fuit, ad evitandas cavillationes) h. 21. 31'. 36''.* Ergo ut ad hoc moment: vera luminar: loca obtineamus, eorumq; differentiã cum parallaxi conferre possimus; *hoc interv all. Temp. sic sim in horar. ☉is 2'. 24'' & horar. verũ ☽ a 27'. 34'', multiplicetur & provenit portio motus ☉aris 2'. 5'', subtrahenda à v. loco ☉is, in momẽto copulæ veræ S. 3. 14°. 48'. 24'', remanet locus ☉is S. 3. 14°. 46'. 19'': at portio veri motꝰ ☽ 32'. 41'', quã & loco ☽æ in Ecliptica, qui idẽ fuit cũ loco ☉is, subtraho, remanente loco ☽æ in Ecl. S. 3. 14°. 15'. 43'': Et propter latit. inquisitionẽ etiam à loco ☽æ in orbitâ S. 3. 14°. 49'. 55'' similiter subtraho, & remanẽt s. 3. 14°. 17'. 14'', verus ☽æ in orbitâ, ad mom. copulæ visæ, à quò subductus locus ☍ s. 3. 9°. 1'. 25'', relinqvit Arg. latit. S. 0. 5°. 15'. 49'' quod f. 235 extrahit latit. ver. Bor. gr. 0. 29' 4''. Portio quoq; motus ☉is 2'. 5''. subtracta à portione motus ☽æ 32' 41'', relinqvit 30'. 36'' diff. long. cent. in Ecliptica;* cui si parallaxis long. ad hoc visæ copulæ mom: per omnia æqualis fuerit, indicio est, mom: copulæ visæ esse præcise inventum, Id quod calculo probabimus. *Ad mom. copulæ veræ, inveniebatur. arcus culm. Æquat. in tempus versus (vulgò Asc. Recta Medii Cœli) h. 5. 28'. 5''. huic detraho interv all. jam inventũ (qua visibilis copula verã præcedit) 52'. 12'', remanentibus h. 4 35'. 53''. & propter portionem motus ☉is 2'. subtraho 8'' temporis, fit arcus culm. Æquat. in tempus versus, ad mom. copulæ visæ: hor. 4. 35' 45'', dans f. 35 punct. Oriens 13° ♍ i.e. Sig. 3. 13°. 0'. hinc 90simum s. 2. 13°. 0', qui subtractus à loco ☽æ ad Eclipticam reducto s. 3. 14°. 16' fere, relinqvit distant. ☽æ à 90simo s. 1. 1°. 16'. i.e. 31°. 16', hisce competit sinus scrup. 31'. 9''. Deinde cum 13° ♍ eodem f. 35 è col. transversa pro Elev. Thebanâ 38°. 17'. excerpitur Angul. Orientis f. altid. 90simi 74°. 1': sed distantia ☍ à 90simo s. 0. 26. gr. dat è Tab. f. 72, 2°. 15 æquation. subtrahendam (quia ☍ est à 90simo versus ORTUM) ab Ang. Orientis, & relinqvitur Altit. orbitæ 71° 46'. Hæc in Calce Tab. f. 242; parallaxis ☽. ☽æ à ☉e, 62'. 16'' in margine sinistro quæsita, dat (corr. corrig.) è sinistrâ col. parall. latit. 19'. 30'': Longitud. tanquã in horizonte 59'. 8'' quæ per sin. scrup. dist. ☽æ à 90simo 31'. 9'' multiplicata, dant parall. long. ☽æ à ☉e 30'. 43'', solis 5'' distantiã supra inventã superans:* adeò ut mom: copulæ visæ supra invent. sine ullo sensibili errore, pro absoluto posset sumi, ab eo, qui insensibilia negligit. *Satagẽtes a. hanc differentiol. per horar. ☽æ à ☉e visũ 25', 0'' dividant, & quæ in quotiente emergunt 12'' temporis, ad h. 21. 31'. 36'': (quia parallaxis major est dist. præcognita) addant, & acqvirent* MOMENTUM COPULÆ VISÆ *curiosè quæsitum; hor. 21. 31'. 48''*; Cujus inventio primarius scopus est in computanda Eclipsi Solari. *Parallaxis quoq; Latitudinis 19'. 30'', subtracta è 29'. 4'', relinqvit latitudinem visam, ad mom. visæ copulæ 9'. 34''.*

2. Cognito jam Temporis momento, qvo Luminaria visibiliter copulantur; sequitur *ALTER SCOPUS*, qvi est, *determinare, qvantum de Solaris disci diametro, discus*

discus Lunæ tegendo, qvasi abscindat? defectumq; in unciis seu partibus diametri duodecimis exprimere; qvod hac simplicissimâ fit ratione: semidiametros Solis & Lunæ invicem adde, à summa subduc latitudinem visam, & relinqvuntur scrupula defectus, qvæ per 12° (ut digitos) multiplicata, producunt seriem dividendam, cui adhuc una species numero cassa additur, & ita per diametrum Solis dividitur; qvotiens dat digitos, & scrupula digitor: qvæsita; *sicut videre est in adscripto Typo nostri Exempli, in qvo è superioribus dabatur semid. Solis 15'.4'' semid. Lunæ 16'.15''. fit summa semidiametror. 31' 19''; ab his subtracta latitudo visa 9'.34'', relinqvit scrup. defectus 21'.45''. tot qvippe de diametro Solis ☽. in copula visa tegit.* Ut autem sciam qvot 12mas seu digitos in diametro Solari hæc faciant, ita ratiocinor; *semidiameter Solis continet 15 4'', ergo diameter habebit 30. 8'' sed hæ æqvivalent 12 digitis; qvot digitis æqvivalebunt 21'.45''? multipl. ergo hisce scrup. defectus per 12°, seu digitos; & qvi emergit numerus 4°.21'.0'' (additâ propter commodiorẽ divisionẽ, unâ adhuc specie zyphra occupatâ) div so per 30'.8'' diamet. ☉is, dat digitos 8°.40' ferè.* Tantus Thebis fuit ☉is defectus, cum Dux horâ antemerid: 9°.37'.48'', cum exercitu discessurus erat. Atq hoc modo secundum reqvisitũ facillimè obtinetur.

15'.	4''	Semid. Solis
16.	15	Semid. Lunæ
31.	19	summ semid.
9.	34	Latitud. visa
21.	45	scr. defectus
		12ª digiti
gr.	I.	II
	9.	0
	1.	12 † diam. ☉
	4. 21.	0 ♂
†	30.	8 8. digiti
		8. 4
	4.	0
		4
	19.	56. 0
	30.	8 40' ferè

3. ULTIMUS SCOPUS est, certò definire durationem, sive spatium Temporis, à principio obscurationis usq; ad finem interim effluens: hunc vero assequimur cognitis scrupulis dimidiæ durationis, & horariis Lunæ à Sole visis, uno, horæ copulam visam immediate præcedentis; altero, proximè eandem sequentis. Hac igitur simplici ratione procedemus. Cum latitud. visâ, & summa semidiametrorum, ingrediemur Tabulam Rectanguli parvi, qværendo illam in fronte vel margine; (pro re natâ) hanc in Areâ; & adhibita correctione, juxta informationem Cap. 2. dat margo vel frons, scrup dimidiæ durationis qvæsita. Deinde cum gradu oriente, & distantiâ Lunæ à 90-simo, ad moment. copulæ visæ jam cognitis, excerpitur e Tab. Elevationi poli datæ congrua; vel propinqvâ, differ: horarii visi à vero, ad horam præcedentem, & sequentem, qvæ juxta suprascriptos titulos, vero horario Lunæ à Sole vel subtrahitur, vel additur: & fiunt 2, horarii visi, alter ad horam præced: alter ad sequentem. Per hos seorsim scrupula dimidiæ durationis dividuntur: & qvæ in qvotiente (divisore horario præcedente) emergunt hora, & scrupula à mom: visæ copulæ subtracta, dant mom. Initii obscurationis: qvæ vero (divisore horario seqq.) emergunt hora, & horæ scrupula, addita ad mom: visæ copulæ; dant momentum Finis. Momentum principii subtractũ à mom: Finis, dat Durationem qvæsitam. Veluti *in nostro Exemplo. Cum latitud. visa 9'.34'', & summa semidiametrorum 31'. 19'' ingredior fol. 6 Tab. Rectanguli parvi, qværendo latitudinem in Fronte, summam semidiametrorum in Areâ, & correctione, ad informationem Capit. secundi, adhibitâ, prodeunt in Margine 29'. 49'' scrupula mediæ durationis qvæsita. Hinc qvia ad mom. copulæ visæ 13° ♍ oritur, distat ☽ à 90simo versus ORTUM 31°.16'. Cum his ingredior Tab. sub Elev. poli, Thebanæ propinqvâ 39 gr. fol. 253. qværendo gradum Orientem in Margine dextro: distantiam Lunæ à 90simo in Fronte; & adhibitâ correctione, mediante Tab. sub Lit. F. acqviro differentiam horarii visi à vero, ad horam præced. 8'. 37'' ad hor. sequentem 10'. 19'', cum titulo suprascripto Subtrahe: cumq; horarius Lunæ à Sole verus sit 35'. 10''. subtractus ab eo seorsim differentiis, fit horar: visus ad horam præcedentẽ 26'.33''; ad hor. sequent. 24'. 51'',*

Typus operationis.

hor. ☽ à ☉e	35'. 10''	35'. 10''.	Verus
differ. subtr.	8. 37	10. 19.	
horar: visus	26. 33	24 51.	
	ad horam Præcedentem.		ad hor. sequentem
	I. II. III. IV		I. II. III. IV
ser. dur	29. 49. 0. 0. hor		29. 49. 0 0 hor.
hor. vis	26. 33 | 1		24. 51. | | I
	3. 16. 0		4. 58. 0
	26. 33 | 7′		24. 51 | | II′
	3. 51		10. 38
	3. 2		4. 24
	3. 5. 51		4. 34. 38
	10. 9. 0		23. 22. 0
	26. 33 | 23″		24. 51 | 56″
	hor. I. 7′. 23″		hor. I. II′. 56″.
	à prime. ad medium		à medio ad finem.

per utrumq; seorsim divisa scr. durationis dimidia, dant Tempus à principio ad medium; hor. 1. 7'. 23'': sed à medio ad finem; hor. 1. 11'. 56''. Et qvia supra medium seu momentũ visæ copulæ invent. est hor. 21. 31'. 48''. subtracto Tempore per præcedentem horarium invento; remanent hor. 20. 24'. 25'' verum momentum principii: addito vero tempore, per seqvent. horarium emergente, fit verum moment. finis hor. 22. 43'. 44''. Et subtracto momento Principii, à momento finis remanent hor. 2. 19'. 19'' Duratio, qvam qvæsivimus. Hæc est Methodus computandæ ad vulgare suppositum Eclipsis Solaris, qvantum solam ejus prædictionem attinet: restant duo corollaria, alterum propter delineationem; alterum propter observationem.

Primum est, invenire Latitud: visam ad momentũ tàm Initii qvàm finis, id qvod fit hâc facillimâ ratione. Horarium Lunæ verum auge 8'' ut habeas horar: ☽æ à ☍. hunc pro latitud. ad principiũ, multiplica in tempus durationis à principio ad medium, & numerum emergentem subtrahe ab Argumento latitud. ad moment. copulæ visæ, & acqvires Argumentum latitud. ad Initium Eclipsis, perq; illud excerpe latitudinem veram Initialem: qvam sub titulo Initialis asserva. Porrò eundem verum horarium Lunæ à ☍, multiplica in tempus à visâ copulâ ad finem elabens; & numerum emergent: adde Argumento latitudinis ad moment. copulæ visæ, ac proveniet Argumentum latitud. perq; illud latitudo Finalis excerpitur, qvæ adscripto titulo asservatur. Hinc ad mom. Initii & Finis parallaxin latitudinis computa, qvod facile obtinebis, si arcui culm: Æqvat. in tempus verso, qvod fuit ad mom. copulæ visæ, durationem à principio ad medium subtraxeris, eidemq; durationem à medio ad finem addideris; atq; per hanc summam, & illam differentiam puncta orientia, & 90-simos, ut & angulos orientium, illosq; correctos, qvæsiveris, qvi è Tab. parall. in Long. & Latum discretarum, excerpunt parallaxes latitudinis qvæsitas; qvas suæ homogeneæ latitudini applicabis, & provenient latitudines visæ, Initiales & Finales qvæsitæ. Ut *in nostro Exemplo. Horario Lunæ vero supra invento 37'. 34'' adde 8''. fit horar. ☽ à ☍ 37'. 42''. per hæc multiplico durationem ab initio ad medium hor. 1. 7'. 23'' & emergunt 42'. 20'' subtrahenda ab Argumento latitudinis ad moment. copulæ visæ Sig. ♌ 5° 15'. 49''. ut remaneat argumentum latitudinis initialis Sig. ♌ 4°. 33'. 29''. qvod fol. 255 excerpit latitudinem veram Initialem; gr. ♌ 25'. 13'' boream, qvam asservo. Eundem horar. Lunæ à ☍. multiplico in durationem à medio ad finem supra invent. hor. 1. 11'. 56''; & emergunt 45'. 11'', qvæ addo ad Argumentum copulæ visæ, Sig. ♌ 5°. 15'. 49'', fiunt Sig ♌ 6°. 1'. 0'', per qvæ excerpitur Latitudo finalis ♌ gr. 33'. 11'' borea, qvam etiam asservo. Et qvia ad mom. copulæ visæ, arcus culm. æqvat. in Temp. versus fuit, hor. 4. 35'. 45'', pro parallaxi ad initium, subtracto durationẽ supra inventâ hor. 1. 7'. 23''; remanent hor. 3. 28'. 22'', qvæ fol. 35 dant punct. Oriens 29°. 16'. ♎: ergo 90simum 29°. 16'. ♉, qvi subtractus à loco ☍ Sig. 3. 9°. 1', relinqvit distant. ☍ à 90simo versus ortum Sig. 3. 9°. 45' qvæ dat fol. 72 æqvation. anguli orientis 3°. 17' subtr. Cum gradu Oriente excerpo fol. 35. angul. Or. 7 0°. 59', à qvo subtracta æqvatio jam inventa, relinqvit altitud. orbitæ 67°. 42', per hanc excerpitur f. 245 parallaxis latitudinis 23'. 38'', subtrahenda à latitudine vera initiali, & remanet* VISA LATITUDO INITIALIS *qvæsita 1'. 35''. Tandem qvoq; durationẽ à medio ad finem hor. 1. 11'. 56'' addo Arcui culm. æqvat. in tempus verso Copulæ visæ, hor. 4. 35'. 45''; emergunt hor. 5. 47'. 41''. cum his f. 35 excerpitur punct. Oriens 27°. 32' ♍. & ang. Orientis (corr. corrig.) 75°. 13'. Et cum 90simus sit 27°. 32' ♊, distabat ☍ ab eo versus ortum Sig. ♌ 11°. 29'; hinc æqvatio 1°. 1' subtrah. ab angulo orientis, & erit correctus 74°. 12'. Is vero f. 241 dat parallaxin latit. qvæsitam, 16'. 56''. subtrahenda à verâ latit. Finali; relinqvitur* LATITUDO FINALIS VISA, *16'. 15''. qvam qværebamus. E qvibus palam fit latitud. visam per hor. 2. 19'. 19''. crevisse 14'. 40''. cum latitudo vera per sola 7'. 58'', increverit; auxit igitur eam Variatio parallaxium ad 6'. 42''.* Habita jam latitudine visâ Initiali, & Finali, facile est *DELINEATIO*; qvæ cum in aliorum libris sufficienter descripta sit; actum agere nolo: sed converto me ad alterum corollarium nempe ad inventionem *INCLINATIONIS*.

Est

Est autem inclinatio nihil aliud, qvam arcus circumferentiæ disci Solis, inceptus vel à supremo, (si Latitudo Lunæ septentrionalis:) *vel ab infimo ejus puncto;* (si Latit. meridionalis fuerit,) *& terminatus in eo puncto, in qvo disci mutuò* (vel in Eclipsis principio, primùm; vel in fine, ultimùm,) *se tangunt.* Estq; hujus inclinationis in observationibus Eclipsium Solarium (præsertim propter exactum initii momentum cognoscendum) maxima necessitas, id qvod non latet hisce sacris operantes. Feci qvidem supra capite VII f. 40. hujus rei mentionem; sed sine addito exemplo: qvin qvædam de secundo Elemento aptius dici possunt, qvàm ibi posita sunt: præstat enim per ipsam latitud. initialem visam operari. Monstrabo a. inclination. ad initium Eclipsis: qvæ enim ad finem est, in oculos observatorũ incurrit. Eam porrò hac ratione venare: cognito e superioribus puncto oriente, & occidente ad initium Eclipsis, ejusq; angulo; nec non distantiâ Solis ab eodem puncto; excerpatur juxta caput VII: angulus circuli verticalis cum Eclipticâ, qvi subtractus è 90 grad. dat Element. primum, nempe remotionẽ illius puncti, qvod circulus latitudinis per centr. Solis pertransiens, in circumferentia disci Solaris secat, à supremo vel infimo ejusdem disci puncto, qvod circulus perpendicularis, v. (ut vulgo vocatur) verticalis per centr. Solis ductus pertransit. Estq; hoc Element. (latit. ☽æ existente boreâ) ☉e à 90-simo versus ortũ constituto, à *SUPREMO* ejus puncto ortivum; sed ☉le versus occasum a 90-simo vers° gente, à *SUPREMO* puncto occiduum. At (latitud. ☽æ existente Australi) & Sole versus ortum constituto, est Elem. hoc ab *INFIMO* disci Solaris puncto Occiduũ, sive versus occasum. Sed Sole versus occasum vergente ab *INFIMO* puncto Ortiv. sive versus ortum. Hoc cum suo titulo ort. vel occ. asservetur. Pro acqvirendo vero secundo Elemento, divide scr. latitudinis visæ ad initium inventæ, cum summa semidiametrorum, provenient scr. prima, & sec. qvæ ut sinus scrupulares, e prima Tab. extrahunt Arcum, cujus complem. ad 90 gr. est secundum ELEMENTUM qvæsitum; qvod pro Initio Eclipsis Solaris semper habet notam, sive titul: Occidui, (qvia Lunæ discus respectu circuli latit: semper invadit discum Solarem ab occidente) duo hæc Elementa, si ejusd: notæ, sive tituli fuerint, addantur, & retentâ communi nota, à puncto disci Solis vel supremo, vel infimo, prout lat. Lunæ fuerit vel bor: vel austr. numerentur: aut si diversæ; minus a majori subtrahatur, & juxta titulũ majoris iisdem punctis applicentur; & erit Inclinatio inventa. Ut *in nostro Exemplo. Inventum est punctũ Oriens ad initium Eclipsis 29°. 16'. ♎ cum angulo Orientis 71°; & qvia ☉ à puncto Oriente distat, 44°. 33'; excerpo è Tab. Ang. Verticalium Ecliptica f. 63, Angulum circuli verticalis cum Eclip. 25°. 47'. qvi subtractus è 90 gr. relinqvit 64°. 13'.* ELEMENT. *primum: tantus qvippe est arcus in circumferentia disci Solaris, à supremo ejus puncto inceptus, usq; ad id punct. qvod circulus latitud: versus Ortum, (qvia ☉ à 90simo versus Ortum constituitur) perscindit. Tot vero gradibus ab infimo disci puncto, idem circulus latit. versus occasum pertransit. Sed qvia ☽ hic latitudinem habet Boream; retinetur titulus primi arcus sc.* ORTIVI: *Ergo* ELEM: *1. ita asservo 64°. 13 ortiv. Pro secundo Elem. latitudinem visam 1'. 35'' divido per summam semidiametror. 31'. 19''; & proveniunt in qvotiente 3'. 2'' sinus scrupularis arcus, è 1. Tab. extrahendi 2. gr. 54', cujus complem. ad 90 gr. est 87°. 16'. secundum* ELEMENT. *qvod ad Initium Eclipsis Solaris semper est occiduum. Hinc cum Elementor. tituli sint diversi; jubet præceptum, minus à majore subtrahere, retento titulo majoris: & subtractis 64°. 13' à 87°. 6', remanent 22°. 53'. Occid. Ergo disci Lunæ primus contactus cum disco Solari accidit tunc in superiori disci Solaris parte, & versus dextram à supremo ejus puncto, seu versus occasum 22°. 53'.* Vocatur autem *SUPREMUM DISCI SOLARIS PUNCTUM*, id, qvod perpendiculum, per centr: disci demissum, in orâ superiori tangit. *INFIMUM*, vero qvod idem perpendic: in Orâ inferiori stringit. Hæc sufficiant computo Solaris Eclipsis, è vulgari suppositio deducendo. Restant qvædam monenda de subtiliori ratione demonstrativa & accuratâ.

Methodo hactenus traditâ uti possunt, qvi vulgariter (non habitâ ra-

tione præcisionis) deliqvia Solis computare volunt. Accuratiores vero, & qvi etiam in minimis demonstrationum momenta urgere solent; iis adhuc plusculum laboris manet exantlandi. *Vulgare enim supposítum est, Copulam Luminarium Visam, & maximam obscurationem, esse unum & idem; uno eodemq; prorsus momento contingens*: qvod tamen tùm demum verum est, cum iter centri Lunæ visibile, sive trames, per totam durationem, Ecliptícæ exactè parallelus est; id qvod interdum fieri solet, qvando nimirum parallaxis latitudinis ab Initio ad Finem deliqvii, tantum crescit vel decrescit, qvantum ipsa vera latitudo augetur aut minuitur; portio enim circuli latitudinis centra Luminar. connectentis perpendicularis est, tàm ad Eclipticam, qvàm ad tramitem: & proinde copula visa, & maxima obsérvatio eod: momento coincidunt, in uno puncto: sin vero contrarium eveniat; ut crescente latitudine, parallaxis decrescat, vel illâ decrescente, hæc augeatur; tunc actutū fit trames ad Ecliptic. inclinata, & obliqva atq; duo hæc ab invicem dirimuntur. Differtq; maxima obscuratio à copula visa tantò magis, qvantò latitudo visa finalis, qvantitate magis variat ab initiali; adeo ut mom: maximæ obscurationis à momento copulæ visæ ad scr. horæ 3. 4. 5 est ubi σ retrò & porrò variet. qvantitas vero defectùs paulò major, duratio paulominor, proveniat. Verum qvomodo hæc è superioribus inveniri debeant, statim subjungam.

Kepplerus fol. 108, per Δlum scalenum & positiones cossicas operatur, adminiculante Tabulâ Logarithmorum; qvam cum Tabular: mearum partem non fecerim; non adhibeo qvoq; illum modum: sed alium, qvi è superioribus jam cognitis, mediante Δlo rectangulo, vi parallelismi, & 8væ propos. 6ti Euclidis, demonstrativè infert hæc tria. *1. portiunculā tramitis inter punctū copulæ visæ, & punctū maximæ obscurationis interjacentē*, qvæ per horar: visum Lunæ à Sole in tramite divisa, dat scrup. prima & secunda horæ, momento visæ copulæ vel addenda, si visa latitudo finalis minor fuerit initiali; vel subtrahenda, si finalis major erit initiali, & habetur moment: maximæ obscurationis demonstrativum. *2. E proportione hypotenusæ ad crus maximum*, applicatâ ad latitudinem visam, in momento copulæ visæ, habetur vera distantia centror: in mom: maximæ obscurationis; per eamq; scr. defectus emendatiora, (qvæ tamen suprainventa 20″ nunqvam superāt) alterantur etiam parùm scr: durationis: sed vix sensibiliter. *3. Dantur horarii visi in tramite, semper majores illis, qvi in Eclipt. numerantur*; & proinde duratio semper brevior eâ, qvæ per horarios Ecliptícos invenitur. *Hæc omnia non suppositiva: sed demonstrativa sunt.* Ita autem procéditur: Computatâ aliqva juxta supra traditum modum, ad vulgare suppositum, Eclipsi Solis; si finalis latitudo visa, à visâ latitudine initiali, nihil, aut parum differat: non opus fuerit ulla ulteriori correctione: omnia enim reqvisita, ad vulgare supposítum computatæ, coincidunt proximè cum eâ, qvæ accuratissime inqviritur: Sin vero visa latitudo Initialis, & Finalis ultra 4 scrupula à se invicem dissenserint, 1. differentiam horarii visi à vero, ad horam, copulam visam antecedentem, applica horario Lunæ vero, idem fac c. differentia ad hor: seqventem; & habebis duos horarios Lunæ visos, qvi invicem additi constituunt in Δlo rectangulo crus majus. 2. Ad unius horæ moment: ante copul: visam, & unius horæ post eandem, inqvire latitudines visas, & si ejusd: denominationis fuerint (vel boreæ, vel austr.) minorem à majore subtrahe: si diversæ utramq; invicem adde; & acqvires incrementum, vel decrementum latitudinis visæ, per bihorium; & hoc ipsum est in Δlo rectangulo crus minus. Crura, in Tabᵃ. rectanguli parvi Frontem & marginem immissa, dant in Areâ (corr. corrig.) latus maximum, sive ang: recto oppositum, qvod est ipse motus Lunæ visus in tramite per bihorium, semper major eo, qvi in Ecliptica computatur. 3. Cognitis omnibus Δli homologi lateribus, talis instituatur analogia: qvæ est ratio motus visi per bihorium, in tramite numerati, ut lateris maximi, ad differentiam latitudinis, ut crus minus; ea est ratio latitudinis

titudinis visæ, in mom. copulæ visæ, ad portiunculam tramitis, inter circulum latitudinis in centro Solis ad Eclipt. rectum, & inter perpendiculum qvod è centro Solis in tramitem ad punct. maximæ obscurat: cadit, interceptam; qvæ semper est ad plagam latitudinis minoris. Multiplicatâ ergo differentia latitudinum, in latitudinem visam, ad momentum copulæ visæ, & numero emergente diviso per motum bihor. in tramite, provenit ista portiuncula, quæ per horar. Lunæ à Sole in tramite divisa, dat intervallum temporis, inter cop. visam, & maximam obscurationem intercedens; subtrahendum à momento copulæ visæ: si latitudo visa initialis minor fuerit Finali; addendum vero, si Initialis latitud. visa fuerit major Finali. 4. Ita ratiocinemur: sicut se habet motus bihorarius tramitis, ad bihorarium in Ecliptica; ita se habet latitudo visa in moment: copulæ visæ, ad arcum distantiæ centrorum in maximâ obscuratione, ad tramit: perpendicularem. Multiplicato ergo bihorario Ecliptico per latitudinem visam in copula visâ, & numero emergente per bihorar: tramitis diviso, dat qvotiens qvæsitam centrorum distantiam in momento obscurat: maximæ, nunqvam qvidem excedentem latitudinem visam, in moment: cop: visæ $\frac{1}{3}$ unius minuti. Per hanc constituuntur scr: defectus accuratissima: nec non scrupula durationis dimidiæ, vix sensibiliter à prius constitutis differentia. 5. Ut horar: Lunæ à Sole visum in tramite acqviramus, ita procedendum est: horar: visum Eclipticum, ad horam, copul: visam præcedentem, cum horario viso, copulam seqvente, compara, utrum sibi invicem prorsus æqvales sint (id qvod raro fit) an inæqvales? Si æqvales, bihorarius tramitis bisectus, dat horarium Lunæ visum in tramite, a qvo sublatus horarius Solis, relinqvit horar: Lunæ à Sole in tramite, qvem qværimus: si inæqvales, differentia illorum dimidietur; dimidietur qvoq; bihorarius tramitis jam inventus, eiq; dimidia illa differentia addatur, & subtrahatur; sic provenient duo horarii Lunæ visi in tramite, inæqvales, analogi horariis visis in Ecliptícâ, (major sc: majori, minor minori,) à qvibus sigillatim subtractus horarius Solis, relinqvit horarios Lunæ à Sole visos in tramite, sive visibilis itineris lineâ, unum ante; alterum post obscurationem maximam. Ut *in nostro exemplo, qvia latitudo visa Finalis 16′. 15″, differebat ab initiali 1′. 35″ plus qvàm 4. scrupulis; id documento fuit, computum, ad vulgare supposítum peractum, non esse prorsus accuratum: sed omnia 3 reqvisita aliqva correctione indigere; præcipuè momentum maximæ obscurationis. Ergo ut trianguli homologi omnia latera inveniamus, è supra notis, 1 accipio differentiam horarii visi à vero, in momento copulæ visæ, ad hor. præced. 8′. 37″. ad seqvent: 10′. 19″; eamq; juxta titulos vero horario Lunæ 37′. 34″ sigillatim subtraho, fit horar. visus præced: 28′. 57″, seqvens 27. 15″ (qvorum differentia 1′. 42″, & ejus dimidium 0′. 51″ qvod asservo) additi invicem faciunt 56′. 12″. bihorarium Lunæ in Ecliptic: visum; hic est in triangulo rectangulo homologo, ipsum* CRUS MAJUS *qvæsitum.* 2. pro crure minori *horarium Lunæ à ☌, 37′. 42″, ab argumento latitudinis ad copulam visam Sign. 0. 5°. 15′: 49″ subtrahe, & fit Argumentum Latitudinis ad horam præced. Sign. 0. gr. 4. m. 8 sec. 7. Eundem ad idem addo, fit Argumentum Latitudinis, ad hor. seqventem Sig. 0. gr. 5. 53′. 31″; hoc dat Latitudinem Veram post 1 horam 32′. 31″: illud, min. 25. sec. 44, ante 1. horam. Porro ad horam antecedentem eruitur parallaxis latitudinis 22′. 52″, qvæ subtracta à Latitudine verâ min. 25. sec. 44 relinqvit Latitudinem visam ante horam 2′. 52″: ad horam seqvent, min. 17 sec. 16; qvæ subtracta à Latitudin. verâ, 32′. 31″ relinqvit Latitudinem visam ad hor. seq. m. 15. sec. 15. qvarum differentia m. 12. sec. 23 est incrementum bihorarium latitudinis visæ, & ipsum trianguli rectanguli* CRUS MINUS. *3. Cognitis trianguli cruribus eruitur è Tabul. Rectangul. parvi* LATUS MAXIMUM *sive angul. recto oppositum m. 57. sec. 34 ipse bihorarius Lunæ visus in tramite. 4. Ita concludo; sicut se habet bihorarius tramitis, ut latus maximum min. 57. sec. 34; ad bihorar. Eclipticum min. 56. sec. 12. ut crus maximum; ita se habet latitudo visa, in momento visæ copulæ, min. 9. sec. 34, ad arcum distantiæ centrorum, in obscuratione ma-*

xima, ad tramit: perpendicularem, min. 9. sec. 20. Hic è summa semidiametrorum m. 31. sec. 19. subtractus, relinqvit scrupul: defectus m. 21. sec. 59. solis 34. sec. majoq superius repertis. Et hinc defectum 8 digit: 45'. Idem arcu, cum summa semidiametrorum è Tab. Rectanguli parvi, dat scrup. dimidiæ durationis min. 29. sec. 54. solis sec. 5. differentia à suprà repertis. Hinc ulterius concludo: sicut se habet latus maxim. min. 57 sec. 34 ad crus minus, 12'. 23''; ita se habet latit. visa, in momento copulæ visæ, min. 9. sec. 34 ad portiunculam tramitis, qvâ centrum Lunæ, in maximæ obscurationis distat ab eo puncto, qvod occupat in copulâ visâ 2'. 3''. Et qvia latitudo visa ad horam præcedentem, minor est eâ, qvæ computatur ad hor. seq. hæc portiuncula, à puncto, qvod centrum Lunæ in ipsâ copula visa obtinuit, vergit retrorsum, versus Eclipsis initium, citiusq; maxima obscuratio, qvam copula visa obtigit 4. bihorarium Lunæ in tramite biseco, fiunt 28'. 47'', eiq; dimidiam differentiam horarior: visorum in Ecliptic. supra asservatam 0'. 51'', pro horario, maximã obscurationem antecedente, addo; fit summa 29'. 38''; pro seqvente subtraho, relinqvuntur 27'. 56'' (taliter qvoq; differebant horarii visi Ecliptici) qvibus figillatim subtraho horarium Solis; fit horar. visus Lunæ à Sole in tramite, ante maxim: obscurationem 27'. 14'' & hora post max: obscurationem 25'. 32''. Cumq; portiuncula illa 2'. 3'', versq initiũ vergat, divido illam per horariũ præcedent: 27'. 14''; fit qvotiens 4'. 32'' temporis, hæc à momento cop: visæ hor. 2. m. 31 sec. 43 subtracta, relinqvunt momentum maximæ obscurationis, demonstrativè qvæsitum, hor. 2. min. 27. sec 16. Per eundem horarium antecedentem divisa scrupula durationis dimidiæ, dant hor. 1. min. 5. sec. 53. durationem à principio ad maxim: obscurationem; qvæ subtracta à moment: maximæ obscurationis, relinqvit Initium demonstrativum hor. 20. min. 21. sec. 23. Horarius vero visus seqvens m. 25. sec. 32. eadem scrupula durationis dimidiæ dividens, dat in qvotiente, hor. 1. 10'. 15'' durationem à puncto maximæ obscurat: ad finem: hæc addita mom: maxim: obscurationis, dant momentum Finis, hor. 22. min. 37. sec. 31. Et moment: Principii subtractum à momento Finis, relinqvit Durationem hor. 2. min. 16. sec. 8.

Habet hic Lector, ut compendiosam, ita demonstrativam rationem computandi Eclipses Solares. Qvæ sane in fundamentalium disqvisitione, summopere necessaria est, & sine qva nulla legitima correctio eorum, qvæ in Eclipsibus emendanda ad huc restant, speranda esc.

CAPUT XXIII

DE INTERSEPTIONE TELLURIS, OCULO AD MENSURAM DISTANTIÆ CENTRI LUNÆ, SUB SOLE CONSTITUTO, APPARENTIS, À PENUMBRA, & UMBRA LUNÆ; & QVÆ INDE DEMONSTRATIVE DEDUCITUR, DE UNIVERSALI SOLARIS ECLIPSIS CONSIDERATIONE.

Qvamvis supervacaneum alicui videri posset, qvod hanc materiam hîc reassumam, qvam Kepplerus tam in RUDOLPHINIS (à fol. 103 in fol. 107.) qvàm in vestibulo singularum Ephemeridum, accuratè, scientificè & fundamentaliter pertractavit; eoq; ipso meis, in hoc negotio, curis, aut industriæ, nihil reliqvum fecisse jure videatur: Verum qvia Keppleri methodus incipientibus ardua, & perceptu difficilior judicatur: non abs re fore putavi, si in gratiam Tyronũ, compendiosè, & simplicio eà proposuero, præsertim cum prima, & tertia Tabularum mearum pars, plurima, ad hanc rem necessaria complectitur jam confecta, qvæ Kepplerus fieri demum jubet; ut inexercitatiores hac manuductione asvefacti, in RUDOLPHINIS postea feliciùs progrediantur. Hac vero brevissima utemur via. Ad momentum copulæ veræ Eclipticæ, ad orbitam Lunæ reductæ, eligemus duas stationes; alteram mente, & imaginatione, oculo sc: constituto in ipsa lineâ, centra Solis & Terræ connectente, ad remotionem, sive distantiam centri Lunæ à centro Terræ. In eâ hæc speculanda veniunt; 1. semidiameter disci Telluris, è centro Solis aspectabilis. 2. semidiameter Umbræ Lunæ, discum Telluris (interdum

(interdum non semper) attingentis. 3. Plaga vel borea, vel australis respectu Ecliptic, qvam penumbra, à sinistra versus dextram invadendo, perambulat. 4. mora centri umbræ Lunæ in disco Telluris; verumq; momentum cùm invasionis; tùm desertionis. 5. Duratio Eclipsationis omnimodæ per universam Terram, verumq; momentum tàm initii, qvam Finis; hæcq; omnia, tanqvam ad Meridianum Tabularum relata. 6. ad singula hæc Temporis momenta, additione arcus culminis æqvatorei, cum loco Solis extracti, formantur arcus culm: æqvatorei in Tempus versi, & subscripto istius momenti titulo, asservantur. Hisce in prima statione obtentis; descenditur mente in Terram, ibiq; in secunda statione, latitudo & longitudo locorum, qvibus qvælibet phasis obtingit, inqviritur. QVOR: LONGITUDO COLLATA CUM LONGITUDINE TABULARUM, DAT DIFFERENTIAM LOCORUM AD ORT: & OCCASUM: & hinc tractus accuratè determinatur, qvem centrum umbræ Lunæ, per discum Telluris à principio ad finem moræ, in eodem observavit, cujus rei præceptum Generale in prima statione hoc est: 1. Cognito è superioribus momento veræ copulæ, ad Tempus apparens reducto, & ad id verà distantiâ Solis, & Lunæ, cujusq: à suo apogæo; nec non loco ☽ Lunæ: subtrahatur locus ☽ Lunæ à loco Solis, ut remaneat Arg: Latit, cum qvo f. 235 &c: extrahatur ipsa latitudo Lunæ, cum suo titulo bor. v. austr. nec non reductio, LOCO SOLIS JUXTA TITULUM APPLICANDA, UT HABEATUR VERUS LOCUS CENTR. LUNÆ IN PROPRIA ORBITA REQVISITUS, UT ARCULUS QVASI-LATITUDINIS PER CENTRUM SOLIS DUCTUS, IN CENTRO LUNÆ, CUM EJUS ORBITA RECTUM ANGULUM FORMET. 2. Cum distantia Solis ab apogæo, fol. 236 excerpantur, horarius Solis, (si non prius constet) semidiameter, & parallaxis; seorsim singuli asservandi: cum distantia verò Lunæ ab apogæo extrahantur, fol. 237, horarius verus Lunæ, semidiameter, & parallaxis: subtractoq, horario Solis, ab horario Lunæ formetur horario Lunæ à Sole verus. 3. Parallaxi Lunæ adscribatur (titulus) semidiameter disci Telluris, (tantus enim in centro Lunæ est angulus visionis semidiametri Telluris; qvantus in superficie Terræ stanti apparet angulus maximæ, sive horizontalis parallaxeos: manet enim in eodem Triangulo laterum qvantitas invariata; ergo etiam angulorum.) Semidiametri vero Solis & Lunæ additæ constituunt semidiametrum penumbræ; & Solis semidiameter à semidiametro Lunæ subtracta, relinqvit semidiametrum umbræ Lunæ angustissimam, imo sæpius, si semidiameter Solis vel æqvalis, vel major fuerit Lunari, prorsus evanescentem. 4. Si latitudo minor fuerit semidiametro disci Telluris, ingrediatur Calculator Tabulam parallax: in long: & lat, discretarum, qværendo semdiametrum disci in margine; & in ea lineâ latitudinem in areâ; in columnis, latitudinis parallaxi vel è fronte, vel è calce, pro re nata, destinatis, & extrahat, qvæ pone hanc inveniuntur scr. parallaxis longitudinis (adhibitâ, si opus fuerit, correctione) illa ipsa sunt scrupula dimidiæ moræ centri umbræ in disco Telluris qvæsita, qvæ per horarium Lunæ à Sole divisa dant horas & horarũ scrupula moræ dimidiæ centri umbræ in disco Telluris, qvæ subtracta à momento veræ copulæ, dant moment: invasionis centri umbræ in discum Telluris; addita, faciunt momentum, qvo deserit centrum umbræ discum Telluris: dimidiaq; mora duplicata, dat moram totalem. Eædem horæ, & scrupula subtracta ab arcu culm. æqvatorei in Tempus verso, qvi est in ipsa copula, relinqvunt arc. culm. æqvat: ad momentum invasionis: addita, præstant arcum culm. æqvat. ad moment: desertionis, qvæ omnia pro secundâ statione asservanda sunt. Hinc additas disci Telluris & penumbræ semidiametros, unà cum latitudine, in Tabul. rectanguli parvi (ad tenorem Capitis secundi) immitte, qværendo latitudinem vel in fronte, vel in margine; summam verò semidiametrorum in area, (corr. corrig.) proveniunt in margine, vel fronte, scr. dimidiæ durationis omnimodæ Eclipsationis. Hæc per horarium Lunæ à Sole divisa, dant horas, & horarum scrupula, à momento veræ copulæ subtrahenda, ut habeatur initium: & ad idem addenda, ut habeatur finis omnimodæ Eclipsationis per uni-

universam Terram. Momentum v. principii subtractum à momento finis, dat durationem omnimod: Eclipsationis. Pro Exemplo *sufficiat adduxisse Eclipsin Solis anni 1560. 21 Aug: (quæ in nonnullis Europæ locis observata est) in qva ante omnia momentum veræ copulæ luminarium, in circulo latitud. ad orbitam recto, inqvirendum est. In meridiano igitur Tabularum scilicet Uraniburgico, ad meridiem currentis 21. Augusti ejus anni, è Tabulis Solis, computetur locus ejus verus Sig. 5. gr. 7. min. 41 sec. 5. cum horario min. 2. sec. 25. Locus qvoq; Lunæ hypothetice verus Sig. 5. gr. 6. min. 51. sec. 24. cum horario anomalico m. 34. sec. 36, qvibus 17'' addita faciunt horarium Lunæ hypothetice verum, qvasi à puncto apogæi fixo 34'. 53'', & subducto horario Solis, horarium Lunæ à Sole hypotheticum 32'. 28''. Luna Solem nondum assecuta est: ergo copula p. merid. (in Meridiano Tabularum) obtigit. Et qvia Sol in Ecliptica, Luna v. in orbita, computata est; Copula verò pro hac consideratione in orbita Lunæ computatur: utiq; hic Solis ad Orbitam Lunæ reducendus erit. Cumq; in meridie locus ☌ sit Sign. 11. gr. 12. 33'. 25'', hoc è Solis loco subtracto, remanet Argum. Latitud: Sign. 5. gr. 25. m. 7. sec. 40. his fol. 235 extraho reductionem m. 1. s. 28, cum titulo è calce adde: reductio addita loco Solis, reducit eum ad orbitam Lunæ, ut sit Sign. 5. 7°. 42'. 23''; à qvo subducta longitudo Lunæ, relinqvit distantiam Lunæ à Sole Sign. 0. 0°. 50'. 59''; hæc per horarium Lunæ à Sole hypoth. divisa, dat hor. 1. 34'. 13'' p. merid. verum momentum copulæ: ad qvod invenitur verus locus Solis Sign. 5. 7°. 44'. 53'', cui si addatur reductio, sit Sign. 5. 7° 46'. 31'': provenit qvoq; locus Lunæ in orbitâ Sign. 5 7°. 46'. 31'', in eodem orbitæ puncto, cum loco Solis coincidens.*

Habito jam momento veræ copulæ, Tempore medio; convertendum illudest in apparens: ergo immitto locum Solis f. 65 in Tab. æqvat. Tychonic:, & excerpo min 6. sec. 45, qvæ titulus ad apparens jubet addere; & consequenter à medio subtrahere: subtraho ergo ea ab hor. 1. 34'. 13'', fit Tempus apparens hor. 1 27'. 28'' p. merid. (in meridiano Tabularum, Uraniburgico) momentum cop. veræ. Cum loco Solis extraho qvoq; fol. 14. arcum culminis æqvat. in Tempus versum, hor. 10. min. 37. sec. 45. qvæ addita momento jam invento, faciunt hor. 12. min. 5. sec. 13 arcum culminis æqvat. in Meridiano Tabularum, qvem bene pro usu futuro asservo. Locum porrò ☌ Sign. 11. gr. 12. min 33. sec. 33, subtraho à loco Solis Sign. 5. gr. 7. min. 44. sec. 53. & acqviro Arg. Lat. Sign. 5. gr. 25. min. 11 sec. 40, cum qvo fol. 235 extraho veram Latitud. min. 26. sec. 35. qvam qvoq; bene notato. Secundo, Cum verâ distantiâ Solis ab apogæo Sign. 2. 2°. 42'. 13'' excerpo fol. 236 horar. Solis min. 2 sec. 25. semidiametrum. m. 15. sec. 8. parallaxin m. 1. s. 0. Cum verâ distantiâ Lunæ ab apogæo Sign. 4. gr. 10. min. 33 sec. 46 excerpo fol. 237, horar. Lunæ absolutè verum min. 36. sec. 40 (à qvo subtractus horarius Solis, relinqvit horar. Lunæ à sole verum min. 34. sec. 15) semidiametrum Lunæ min 16. sec. 8. parallaxin (qvæ jam est ipsa semidiameter disci Telluris è Lunâ conspecti) min. 62. sec. 44. Tertio, semidiameter Solis addita semidiametro Lunæ constituit semidiametrum penumbræ min. 31. sec. 16, eadem ab eâdem subtracta, relinqvit semidiametrum Umbræ Lunæ, qvâ superficiem Terræ attingit, min 1. sec. 0. Semidiametro qvoq; disci Telluris additâ ad semidiametrum penumbræ, fit summa semidiametrorum min. 94. sec. 0. vel gr. 1. m. 34. s. 0. Qvarto; qvia latitudo minor invenitur semidiametro disci Telluris, indicio est, hanc Eclipsin fuisse cùm totalem, tùm etiam cum morâ (siqvidem semidiameter Lunæ major est semidiametro solis) magnumq; Terræ tractum tenebris nocturnis obtenebrasse. Ut igitur moment. invasionis centri umbræ Lunæ in discum Telluris, nec non moment, qvo i-

Synopsis	hor. ′ ″
Mom. cop. veræ	1. 27. 28
Arc. culm æqvat.	12. 5. 13
Latitudo borea	26. 35
Horarius Solis	2. 25
Semidiameter Solis	15. 8
Parallaxis Solis	1. 0
Horar. Lunæ absol.	36. 40
Horar. Lunæ à Sole	35. 15
Semidiamet. Lunæ	16. 8
Semidiam. disci Tell.	62. 44
Semidiam. penumbr:	31. 16
Semidiameter umbr. ☽	1. 0
Summa semidiametr: disci & penumbræ	94. 0

